image
not
available

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVIII
A
69
NAPOLI

R. P.

SVA

SOCIE

IN VNI

Conimbricen

dam Prof

De vita De

& CH

Opus

Nuper in Co

Opera & ſtudio

DIDÆ, è

L

Apud I A

M.

CVM

R. P. FRANCISCI

SVAREZ,

SOCIETATIS IESV,

IN VNIVERSITATE
Conimbricenſi S. Theologiæ quon-
dam Profeſſoris celeberrimi,

De vita Deiparæ VIRGINIS,
& CHRISTI IESV.

Opus exactiſſimum,

Nuper in Compendium redactum,

Opera & ſtudio D. IOSEPHI HERNAN-
DIDÆ, *è Valle Saria, S. Theol. D.*



NAP

LVGDVNI,
Apud IACOBVM CARDON.

M. DC

CVM PRI

Ampliſſimo & R

D. PAVLO

Ex Ordine Cleri

Epiſcopo

Quòd Chriſti

cu

Apud Clerum

Bre

Exemplo, verbô

Et probabilium

nummorum

Terra laudem

Pergat magis,

Libellum hunc

eximium

Chriſtiana vide

geſta co

L.

D.

IOSEPHVS

è Valle S

Ampliſſimo & Reuerendiſſ. Præſuli
D. PAVLO PALVMBO
Ex Ordine Clericorũ Regularium,
Epiſcopo Caſſanenſi,
Quòd Chriſti Dei, & Deiparæ
cultum
Apud Clerum, Populúmque
Brettium
Exemplo, verbóque promoueat,
Et probabilium morum, quàm
nummorum amantior,
Terra laudem, cœlo lauream
Pergat magis, magíſque mereri,
Libellum hunc mole exiguum,
eximium argumento,
Chriſtiana videlicet, & Mariana
geſta continentem,
L. M.
D. D. D.

IOSEPHVS HERNANDIDES
è Valle Saria, S. Th. L.

LECTORI BENEVOLO.

MIRABERIS fortaſſe, LECTOR, cur à ſecundo potius, quàm à primo Commentariorum P. Suarezij in D. Thomæ Tertiam Partem Tomo, Epitomen operum eius conficere occeperim: ſed mirari profectò deſines, vbi primùm conſilij mei rationem, quam paucis hîc dabo, cognoſces. Ea verò eſt, quòd primus ille, & alij plerique in alias

eiuſdem

eiuſdem Diui partes Tomi, quamquam præſtantiſſimi ſanè ſunt, eóque digni prorſus Auctore, quem, ob copiam, perſpicuitatem, doctrinæque grauiſſimum pondus, Theologorum noſtri temporis columen rectè vocaueris; multò tamen difficiliores cenſentur his, qui vel de Chriſti Ieſu, & Deiparæ vita, vel de Diuinis Sacramentis adeò dilucidè, copioséque pertractant. Itaque non admodum bellè ſtudioſorum ego gratiam promeruiſſem, ſi res illas ex ſe ſatis obſcuras breuiare, hoc eſt, magis, magiſque obſcurare, ſtuduiſſem. Id te præmonitum volui, beneuole Lector. *Tu verò interea hunc meum laborem,*

quem ante viginti annos; firmandæ meæ memoriæ, ſucciſiuis horis impendi, boni æquique conſulito. Nam, vt cum Seneca loquar, Epiſt. 120. Ad maximas diuitias te compendiariò voco. VALE.

Facul

Facultas R. P. Prouincialis in Prouincia Lugdunenſi.

EGo IOANNES FILLEVS Societatis IESV in Prouincia Lugdunenſi Præpoſitus Prouincialis, iuxta priuilegium eidem Societati à Regibus Chriſtianiſſimis Henrico III. 10. Maij 1583. Henrico IV. 20. Decembris 1606. & Ludouico XIII. nunc regnante 14. Februarij 1611. conceſſum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur ne libros ab hominibus noſtræ Societatis compoſitos abſque Superiorum eius pe

permiſſione imprimant, permitto IACOBO CARDON Lugdunenſi Bibliopolæ, vt opus quod inſcribitur *R. P. Franciſci Suarez, Societatis* IESV *Theologi, operis de vita Deiparæ Virginis, & Chriſti Ieſu, Compendium*, &c. ad ſex proximos annos imprimere, ac liberè diuendere poſſit. Datum Dolæ 28. Auguſti 1632.

Ioannes Filleus.

R. D. D. Thomæ de Meſchatin la Faye huius libri imprimendi facultas.

THOMAS DE MESCHATIN LA FAYE, Comes, Canonicus, & Camerarius Eccleſiæ Lugdunenſis, & Vicarius Generalis in Archiepiſcopatu Lugdunenſi: Librum inſcriptum, *R. P. Franciſci Suarez*, *Societatis* IESV *Theologi*, *operis de vita Deiparæ Virginis*, *& Chriſti* IESV, *Compendium*, &c. à Theologis approbatum, vt in lucem edatur, facultatem concedo. Lugduni 4. Septemb. 1632.

Meſchatin la Faye.

CONSENSVS.

OPVS quod inſcribitur, *R. P. Franciſci Suarez operis de vita Chriſti, Beatæque Virginis Mariæ, Compendium*, &c. typis mandari ac in lucem edi ſumptibus IACOBI CARDON, Ego Regis Conſiliarius & Procurator in Lugdunenſi Præfectura non impedio. 28. Auguſti 1632.

PVGET.

FACVLTAS.

LIBRVM inſcriptum, *Compendium de vita Chriſti Beatæque Virginis Mariæ*, typis mandari ego Pro prætor Regius permitto. Datum 28. Auguſti 1632.

AVSTREM.

DISPVTATIONVM SYLLABVS.

1. D[illegible] ternitate. pag. 1
2. De naturali origine B. Virginis. 14
3. De tempore quo B. V. primum ſanctificata eſt. 17
4. De perfectione primæ ſanctificationis B. Virginis. 34
5. De virginitate B. Mariæ. 46
6. De virginitate B. Mariæ quātum ad virtutem animi. 50
7. De B. V. matrimonio. 54
8. De S. Ioſepho. 57
9. De Annunciatione B. V. 61

10. De

10. *De cauſis humanæ Chriſti conceptionis.* 66
11. *De modo Chriſti conceptionis & formationis.* 78
12. *De relationibus inter Chriſtum, & B. Virginem.* 77
13. *De natiuitate Chriſti extra vterum.* 86
14. *De manifeſtationibus natiuitatis Chriſti.* 89
15. *De myſterio Circunciſionis.* 102
16. *De Purificatione B.V.* 103
17. *De vita Chriſti vſque ad annum trigeſimum.* 105
18. *De merito B. Virginis.* 113
19. *De ſcientia & ſapientia B.V.* 117
20. *De B.V. gratiis gratis datis.* 122
21. D

21. *De B. V. morte & aſſumptione.* 124
22. *De B. V. adoratione.* 127
23. *De B. V. interceſſione.* 131
24. *De S. Io. Baptiſta.* 133
25. *De Baptiſmo Ioannis.* 137
27. *De Baptiſmo à Christo recepto.* 142
28. *De vitæ Chriſti ratione.* 146
29. *De Chriſti tentatione.* 149
31. *De Chriſti doctrina & miraculis.* 152
33. *De Chriſti paſſione.* 157
38. *De Chriſti morte quoad ſubſtantiã & cauſas eius.* 164
42. *De ſtatu animarum ſanctarum ante Chriſti mortem.* 174

43. *De*

43. De deſcenſu Chriſti ad Inferos. 176

44. De Reſurrectione vt ſic, & in genere. 180

45. De Reſurrectione Chriſti. 199

47. De naturali perfectione corporis Chriſti reſurgentis. 203

48. De ſupernaturali perfectione corporis Chriſti glorioſi. [illegible]1

50. De reſurrectione mortuorum. 234

51. De Chriſti Aſcenſione. 249

52. De iudiciaria Chriſti poteſtate. 253

53. De vniuerſali iudicio. 268

54. De Antichriſto. 270

55. De

55. De Chriſti præcurſoribus. 272

56. De ſignis quæ Iudicium præcedent. 277

57. De aduentu Iudicis, & ſententia. 283

58. De ſtatu Chriſti & totius vniuerſi poſt peractum iudicium. 293

DE

DE VITA B. VIRGINIS, ET CHRISTI Domini.

DISPVTATIO I.

De B. Virginis maternitate.

1. SVPPONENDVM eſt humanitatem Chriſti eodem temporis momento, quo perfectè formata fuit in vtero Virginis, & exiſtere cœpit in rerum natura, fuiſſe aſſumptam, & vnitam Deo hypoſtaticè, de qua re 1. *tom. diſp.* 16. *ſect.* 1. Hoc ſuppoſitum ad hanc concluſionem neceſſarium eſt; alioqui non poſſet Deus dici

A filius

filius Virginis, ſi in ipſomet inſtanti conceptionis non terminaſſet humanitatem in vtero Virginis. D.Thom. *quæſt*. 35. *art*. 4. Sicut enim, ſi priùs tempore eſſet purus homo, & peccaret, & poſtea illa humanitas aſſumeretur à Verbo, non poſſet verè dici Deus peccauiſſe; ita ſimiliter in præſenti, &c. Ratio autem eſt, quia hæc communicatio idiomatum, qua dicitur Deus genitus ex Virgine, fundatur in vnione hypoſtatica, & ideo ex his, quæ tempore antecedunt vnionem, & in alio ſuppoſito fiunt, non poteſt eſſe communicatio idiomatum; cùm hæc non ſit inter perſonas diuerſas, ſed in eadem.

2. Sit igitur concluſio. B.Virgo eſt propriè, & verè mater Dei. Probatur: Concepit hunc hominem, & hic homo in ipſo puncto conceptionis fuit Deus; ergo concepit Deum. Confirmatur auctoritate,

Galat.4.

Galat.4. vbi Filius Dei dicitur *fa-ctus ex muliere.* & Luc.1. *Quod ex te naſcetur, vocabitur Filius Dei.*

3. Sed contrà. I. Quoad hoc myſterium, idem videtur valere ordo naturæ, quod temporis. ergo ſicut, ſi priùs tempore B. Virgo concepiſſet purum hominem, & poſtea illa humanitas vnita fuiſſet Deo, non poſſet dici Maria eſſe mater Dei, vt ſuprà diximus. Itidem dicendum de ordine naturæ, qui verè, & proculdubio præceſſit in hac conceptione. nam tota actio Virginis terminata fuit in humanitate prius natura, quàm aſſumeretur à Verbo. II. Obiicitur: Ex vi actionis Mariæ non fuit ſecuta aſſumptio; ergo non poteſt dici mater Dei. Antecedens patet, tum quia tota actio Mariæ terminata fuit in humanitate, tum quia aſſumptio ſecuta fuit ex mera voluntate, & efficientia Dei. Sequela probatur, quia ſicut ſi quis efficeret

*quem ante viginti annos ; fir-
mandæ meæ memoriæ , ſucciſiuis
horis impendi,boni æquique con-
ſulito. Nam , vt cum Seneca lo-
quar,Epiſt.*120. Ad maximas
diuitias te compendiariò
voco. VALE.

Facul

Facultas R. P. Prouincialis in Prouincia Lugdunenſi.

EGo IOANNES FILLEVS Societatis IESV in Prouincia Lugdunenſi Præpoſitus Prouincialis, iuxta priuilegium eidem Societati à Regibus Chriſtianiſſimis Henrico III. 10. Maij 1583. Henrico IV. 20. Decembris 1606. & Ludouico XIII. nunc regnante 14. Februarij 1611. conceſſum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur ne libros ab hominibus noſtræ Societatis compoſitos abſque Superiorum eiu

permiſſione imprimant, permitto IACOBO CARDON Lugdunenſi Bibliopolæ, vt opus quod inſcribitur *R. P. Franciſci Suarez, Societatis* IESV *Theologi, operis de vita Deiparæ Virginis, & Chriſti Ieſu, Compendium,* &c. ád ſex proximos annos imprimere, ac liberè diuendere poſſit. Datum Dolæ 28. Auguſti 1632.

Ioannes Filleus.

R. D. D. Thomæ de Meſchatin la Faye huius libri imprimendi facultas.

THOMAS DE MESCHATIN LA FAYE, Comes, Canonicus, & Camerarius Eccleſiæ Lugdunenſis, & Vicarius Generalis in Archiepiſcopatu Lugdunenſi: Librum inſcriptum, *R. P. Franciſci Suarez, Societatis* IESV *Theologi, operis de vita Deiparæ Virginis, & Chriſti* IESV, *Compendium*, &c. à Theologis approbatum, vt in lucem edatur, facultatem concedo. Lugduni 4. Septemb. 1632.

Meſchatin la Faye.

CONSENSVS.

OPvs quod inſcribitur, *R. P. Franciſci Suarez operis de vita Chriſti, Beatæque Virginis Mariæ, Compendium*, &c. typis mandari ac in lucem edi ſumptibus Iacobi Cardon, Ego Regis Conſiliarius & Procurator in Lugdunenſi Præfectura non impedio; 28. Auguſti 1632.

Pvget.

Digitized by Google

FACVLTAS.

LIBRVM inſcriptum, *Compendium de vita Chriſti Beatæque Virginis Mariæ*, typis mandari ego Pro prætor Regius permitto. Datum 28. Auguſti 1632.

AVSTREM.

DISPVTATIONVM SYLLABVS.

DISP. I. DE B. Virginis maternitate. pag. 1
2. De naturali origine B. Virginis. 14
3. De tempore quo B. V. primùm ſanctificata eſt. 17
4. De perfectione primæ ſanctificationis B. Virginis. 34
5. De virginitate B. Mariæ. 46
6. De virginitate B. Mariæ quãtùm ad virtutem animi. 50
7. De B. V. matrimonio. 54
8. De S. Ioſepho. 57
9. De Annunciatione B. V. 61
19. De

10. *De cauſis humanæ Chriſti conceptionis.* 66
11. *De modo Chriſti conceptionis & formationis.* 75
12. *De relationibus inter Chriſtum, & B. Virginem.* 77
13. *De natiuitate Chriſti extra vterum.* 86
14. *De manifeſtationibus natiuitatis Chriſti.* 89
15. *De myſterio Circunciſionis.* 102
16. *De Purificatione B.V.* 103
17. *De vita Chriſti vſque ad annum trigeſimum.* 105
18. *De merito B. Virginis.* 113
19. *De ſcientia & ſapientia B.V.* 117
20. *De B.V. gratiis gratis datis.* 122

21. *De*

21. *De B. V. morte & aſſumptione.* 124
22. *De B.V. adoratione.* 127
23. *De B.V. interceſſione.* 131
24. *De S.Io.Baptiſta.* 133
25. *De Baptiſmo Ioannis.* 137
27. *De Baptiſmo à Chriſto recepto.* 142
28. *De vitæ Chriſti ratione.* 146
29. *De Chriſti tentatione.* 149
31. *De Chriſti doctrina & miraculis.* 152
33. *De Chriſti paſſione.* 157
38. *De Chriſti morte quoad ſubſtantiã & cauſas eius.* 164
42. *De ſtatu animarum ſanctarum ante Chriſti mortem.* 174

43. *De deſcenſu Chriſti ad Inferos.* 176
44. *De Reſurrectione vt ſic, & in genere.* 180
45. *De Reſurrectione Chriſti.* 199
47. *De naturali perfectione corporis Chriſti reſurgentis.* 203
48. *De ſupernaturali perfectione corporis Chriſti glorioſi.* 211
50. *De reſurrectione mortuorum.* 234
51. *De Chriſti Aſcenſione.* 249
52. *De iudiciaria Chriſti poteſtate.* 253
53. *De vniuerſali iudicio.* 268
54. *De Antichriſto.* 270

55. *De*

55. *De Chriſti præcurſoribus.* 272
56. *De ſignis quæ Iudicium præcedent.* 277
57. *De aduentu Iudicis, & ſententia.* 283
58. *De ſtatu Chriſti & totius vniuerſi poſt peractum iudicium.* 293

DE

DE VITA B. VIRGINIS, ET CHRISTI Domini.

DISPVTATIO I.

De B. Virginis maternitate.

1. SVPPONENDVM eſt humanitatem Chriſti eodem temporis momento, quo perfectè formata fuit in vtero Virginis, & exiſtere cœpit in rerum natura, fuiſſe aſſumptam, & vnitam Deo hypoſtaticè, de qua re 1. *tom. diſp.16. ſect.1.* Hoc ſuppoſitum ad hanc concluſionem neceſſarium eſt; alioqui non poſſet Deus dici

 filius

filius Virginis, ſi in ipſomet inſtanti conceptionis non terminaſſet humanitatem in vtero Virginis. D. Thom. *quæſt.* 35. *art.* 4. Sicut enim, ſi priùs tempore eſſet purus homo, & peccaret, & poſtea illa humanitas aſſumeretur à Verbo, non poſſet verè dici Deus peccauiſſe; ita ſimiliter in præſenti, &c. Ratio autem eſt, quia hæc communicatio idiomatum, qua dicitur Deus genitus ex Virgine, fundatur in vnione hypoſtatica, & ideo ex his, quæ tempore antecedunt vnionem, & in alio ſuppoſito fiunt, non poteſt eſſe communicatio idiomatum; cùm hæc non ſit inter perſonas diuerſas, ſed in eadem.

2. Sit igitur concluſio. B. Virgo eſt propriè, & verè mater Dei. Probatur: Concepit hunc hominem, & hic homo in ipſo puncto conceptionis fuit Deus; ergo concepit Deum. Confirmatur auctoritate,

Galat. 4.

Galat.4. vbi Filius Dei dicitur *factus ex muliere.* & Luc.1. *Quod ex te naſcetur, vocabitur Filius Dei.*

3. Sed contrà. I. Quoad hoc myſterium, idem videtur valere ordo naturæ, quod temporis. ergo ſicut, ſi priùs tempore B. Virgo concepiſſet purum hominem, & poſtea illa humanitas vnita fuiſſet Deo, non poſſet dici Maria eſſe mater Dei, vt ſuprà diximus. Itidem dicendum de ordine naturæ, qui verè, & proculdubio præceſſit in hac conceptione. nam tota actio Virginis terminata fuit in humanitate prius natura, quàm aſſumeretur à Verbo. II. Obiicitur: Ex vi actionis Mariæ non fuit ſecuta aſſumptio; ergo non poteſt dici mater Dei. Antecedens patet, tum quia tota actio Mariæ terminata fuit in humanitate, tum quia aſſumptio ſecuta fuit ex mera voluntate, & efficientia Dei. Sequela probatur, quia ſicut ſi quis efficeret

ret calorem, & non vniret illum ligno, non poſſet dici efficere lignum calidum: ita, &c. III. Si prioritas hæc naturæ, qua B.Virgo concepit humanitatem, nihil obſtaret maternitati Dei; ergo ſimiliter poſſet Verbum denominari mutatum à mutatione, quæ priùs natura præceſſit in humanitate; & poſſet etiam dici cauſatum, & effectum.

4. Dico igitur, ſatis eſſe quòd ex vi actionis, ſeu concurſus actiui, vel paſſiui (hoc enim nunc non decerno) inter ſe vnita fuerunt ſubſiſtentia per ſubſiſtentiam Dei, & conſequenter ex vi illius factum eſt, vt Deus eſſet homo. Declaro, ſupponendo quod 1. *tom. diſp.* 17. *ſect.* 1. *&* 2. diſſeruimus, nempe animam, & carnem Christi prius natura eſſe vnita Verbo, quàm inter ſe, priùs, inquam, natura, non autem priùs tempore, id enim eſſet hæreſis. *diſp.* 11. *ſect.* 2.

§. hac

§.*hæc ratio.* Hinc enim fit, quòd anima,& caro,quando ex vi actionis, & concurſus B. V. vnita fuerunt inter ſe, iam erant priùs natura ſubſiſtentia per ſubſiſtentiam Dei, atque adeò ex vi eiuſdem concurſus inter ſe vnita fuerunt ad componendum non tantùm humanitatem,ſed etiam hunc hominem, & ex conſequenti hunc Deum per cõmunicationem idiomatum. Quemadmodum in reſurrectione Chriſti tota actio verſata eſt in vnione animæ ad corpus: & tamen per illam dicitur reſurrexiſſe Deus, quia per illam actionem vnita fuerunt corpus, & anima iam ſubſiſtentia per hypoſtaſim diuinam, & ex conſequenti ex vi illius factum eſt, vt Deus eſſet homo.

5. Per hæc facilè ad argumenta. Ad vltimum tamen diſtinctè reſpondendum eſt, Deum quidem rectè dici genitum,vel conceptum

à B.V. quia generatio terminatur ad ſuppoſitum. Non dicitur autem mutatus, tum quia mutatio propriè denominat ſubiectum, non terminum; tum etiam, quia illa mutatio, per quam humanitas vnitur Verbo, antecedit ordine naturæ ipſam vnionem. Deinde non denominatur cauſatus, vel effectus, quia ſimpliciter non eſt factus, ſed eſt factus homo. Item B.V. non eſt dicenda ſimpliciter cauſa Dei, quia nomen cauſæ non determinat productionem, neque effectionem: at verò cùm dicitur mater Dei, in ipſo nomine Matris determinatur humana generatio, per quam Deus homo factus ex Virgine proceſſit.

6. Dupliciter autem conſiderari poteſt dignitas matris Dei, abſolutè, & comparatiuè. Abſolutè rurſus dupliciter, phyſicè, & moraliter: phyſicè dicit tria. I. Quòd B.V. verè, & propriè concurrit ad

formandum corpus Deo. II. Quòd hinc factum eſt, vt aliqua ſubſtantia virginei corporis, ex qua fuit Chriſti corpus in principio conſtitutum, & poſtea auctum, quamdiu ſanguine, vel lacte matris nutritum fuit, vnita ſit hypoſtaticè Verbo Dei; ob id P. Damian. *ſerm. de Natiuit. Mariæ*, ait, *Cùm Deus in alijs rebus ſit tribus modis, in Virgine fuit quarto ſpeciali modo, ſcilicet per identitatem: quia idem eſt, quod ipſa*, &c. Huiuſmodi autem portionem, quam ſumpſit ex Maria, numquam caloris natiui actione reſolutam eſſe, probabile eſt, tum ratione phyſica, tum ſpeciali voluntate Chriſti. III. Dicit relationem realem matris ad hominem Deum. Moraliter verò Virgo habet ſupremum dignitatis gradum ob ſingularem affinitatem, quam habet cum Deo: ex quo ſequitur, vt habeat ſingulare ius ad bona Dei filij ſui.

7. Comparatiuè verò ad filiationem adoptiuam collata (cum aliis enim dignitatibus non opus eſt eam comparare; patet quippe & eſſe minorem vnione hypoſtatica, & eſſe ſupra omnem aliam dignitatem, quæ gratiam, vel amicitiam Dei formaliter non includat) dicendum eſt, ſi præcisè conferantur, ita vt vna ab alia omnino ſeparetur, præferendam eſſe dignitatem filij adoptiui. Inde Aug. de Virginitate cap. 3. *Beatior fuit Maria concipiendo mente, quàm ventre.* Si verò comparetur dignitas maternitatis Dei, tanquam prima forma ad ſuas proprietates, & prout moraliter conſiderata includit omnia, quæ quodammodo ex natura rei, & ſecundùm ordinem diuinæ ſapientiæ illi debentur, excellit dignitas matris dignitatem adoptionis, quia tunc gratia iuſtificans confertur cum ipſa, ſicut diſpoſitio, vel proprietas cum

forma.

forma. Cùm enim deceat matrem honorari à filio, imò ratione maternæ dignitatis habeat ſingulare ius ad bona filij; ergo hac ratione dignitas matris eſt quodammodo ratio, & principium dignitatis gratiæ, quam quodammodo eminenter continet ſecundùm ordinem diuinæ ſapientiæ; ergo ſub hac ratione dignitas hæc excellentior eſt, & ſimpliciter maior gratia adoptionis.

8. Certum eſt B. V. prædeſtinatam fuiſſe ad maternitatem, ad gratiam, & ad gloriam ante eius merita præuiſa; tum quia certum eſt omnes homines eligi abſque propriis meritis, tum quòd, *tom. 1. diſput.* 8. docui, B. V. nullo modo meruiſſe, vt in matrem Dei eligeretur. Ideo Aug. *lib.* 2. *de pecc. mer. c.* 25. ait Verbum diuinum ſola ſua voluntate matrem ab æterno prædeſtinaſſe.

9. Dico, B. V. noſtro modo in-

telligendi prius ſecundùm rationem prædeſtinatam fuiſſe in matrem Dei, quàm ad tantam gratiam, & gloriam. Hoc etiam patet ex dictis 1. *tom. diſput.* 5. *ſect.* 1. cùm egimus de ordine ſecundùm rationem in actibus diuinis. Ideo enim B. V. prædeſtinata eſt ad tantam gratiam, quia electa eſt in matrem Dei; ergo, &c.

10. Hinc colligo B. V. electam fuiſſe tam ad maternitatem, quàm ad talem gloriam per ſe, & abſolutè ante præuiſum originale peccatum. Id patet, quia veriſimilius eſt omnes prædeſtinatos eſſe electos ad gratiam, & gloriam ante præuiſum originale peccatum; ergo multò certius id dicendum de B. V. electione ad gloriam; ergo ad maternitatem. Secunda ſequela patet, quia electio ad maternitatem in ordine finis anteceſſit, vt probatum eſt. Prima ſequela probatur, quia vel inter electos

non

non eſt ordo, ſed omnes ſimul in eodem ſigno rationis electi ſunt, vel,ſi eſt, potius B.V. electio præceſſit, quàm ſecuta eſt aliorum electionem, vtpote altior, & ad Dei gloriam magis ſpectans. Præterea,ſi Chriſtus prædeſtinatus eſt ante præuiſum peccatum originale; ergo etiam B.V. Probo ſequelam. nam nedum per ſe prædeſtinatus eſt vt homo, ſed etiam vt filius hominis; hic enim modus incarnationis,ſcilicet, vt fieret in vtero Virginis,& vt Deus haberet matrem in terris, non includit imperfectionem ex peccato manantem: per ſe ergo intendi potuit,ſicut & ipſa incarnatio, atque adeò ſub illam intentionem cecidit, prout intelligitur antecedere præſcientiam peccati originalis. Hoc dictum docent Patres, Anſelmus apud Bernardum Sen. *ſerm.* 51.*de B.Virg. c.* 4. & Rupertus *lib.* 1.*in Cant.* Et ſi qui Patres videntur

tur aſtruere oppoſitum, vt Aug. *ſerm.*11. *de Nat.* & *ſup. magn. in fin.*9.*tom.* & Iuſt. *dial. cum Tripho. poſt med.* intelligendi ſunt de ordine executionis, & effectorum, non autem de ordine prædeſtinationis, & intentionis.

11. Sed obiicies. Primò, ſequeretur ante præuiſum peccatum originale prædefiniſſe Deum totam ſeriem generationum ab Adamo vſque ad Mariam, quia non potuit B. V. per ſeminalem rationem, & naturali modo ab Adamo deſcendere, niſi ex his parentibus, & progenitoribus; ergo, &c. Conſequens autem videtur creditu difficile; ergo, &c. Reſpondetur: quamuis ſequela pendeat ex quæſtione phyſica, ſcilicet, an hoc indiuiduum poſſit ex aliis parentibus naturaliter generari: quicquid tamen de hac re ſit, concedo ſequelam; eſt enim illud conſequens verum, & facile, ſuppo

ſuppoſita diuina præſcientia, & efficacia diuinæ voluntatis. Vide ea quæ 1.*tom.art.*3. diximus.

Secundò obiicies. Si Deus fieret homo abſque occaſione peccati, aſſumeret corpus à principio perfectum, & glorioſum, cui perfectioni repugnat conceptio in vtero matris; ergo non exiſtente peccato originali B. V. non fuiſſet mater Dei. Reſpondetur, id non fore neceſſe, quod aſſumit argumentum: videlicet aſſumendum à Chriſto corpus à principio glorioſum. nam potuiſſet Deus fieri homo immortalis, non in ſtatu gloriæ, ſed in ſtatu, quem haberent homines viatores Adamo non peccante: nempe decuiſſet Chriſtum eſſe viatorem cum conditione corporis ſtatui hominum accommodata, vt & illis mereretur, & ſuo exemplo viam ad beatitudinem præmonſtraret. Secundò dico, antecedente conceſſo

ceſſo, non repugnare ſtatui corporis glorioſi conceptum in vtero, & exitum ab vtero, potuiſſétque B.V. ſtatim poſt filij conceptionem, & anima, & corpore ſimul cum filio fieri glorioſa, iuxta ea, quæ Aug. *lib.* 1. *de peccat. mort. c.* 27. *&* 28. dubitando aſſerit de cæteris hominibus Adamo non peccante concipiendis; quia non obſtante, inquit, exigua vteri capacitate, poſſet omnipotentia creatoris filios nondum editos grandes ſtatim facere. Itaque dicendum non eſt dignitatem matris Dei neceſſariò à peccato pendere.

DISPVTATIO II.

De naturali origine B. Virginis.

1. NAturaliter quidem fuit concepta, quia ex viri, & fœmi

fœminæ commixtione carnali, ad modum aliorum hominum : at non ſine admiſto miraculo, vtpote quæ ex vtroque parente ſterili, & ſene.

2. Corpus B. V. vtpote in ſua ſpecie, & ſexu perfectiſſimum, vt tradit Brigit. *lib.* 1. *reuel. c.* 50. *&* 51. numquam in verum, ac proprium morbum incidit, propter optimam complexionem, & maximam animi moderationem. Caiet. *de ſpaſm. Virg.* Galat. *lib.* 7. *c.* 10. & Sophron. id innuit *in ep. Synod. in VI. Synodo act.* 11. vbi dicit corpus Virginis ab omni contagione fuiſſe liberum. Abulenſis tamen repugnat ex parte, ſed abſque fundamento, idipſum *quæſt.* 13. *in c.* 12. *Leuit.*

3. Honeſtiſſima, & eximia fuit pulchritudine. Naz. *in tragœd. de Chriſto pat. ante med. O virgo formæ, quæ nitore cæteras præis.* Andr. Cret *ſerm. de aſſumpt.* eximia pulchri

chritudo,&c. D Antonin. Riccard. &c. Qua tamen ad honeſtatem alliciebat. Ambr. *de inſt. Virg.c.7.* D.Thom. 3. *d.* 3. *quaſt.*1. *artic.* 2. *q.*1.*ad* 4. D. Bonau. *ibid.* 1.*p. art.*2. *quaſt.*3.

4. Animam habuit naturaliter perfectiſſimam, vt ſcilicet perfectiſſima gratia haberet proportionatum naturæ fundamentum. An cum perfectione animæ Adæ, & Euæ conferri poſſit, nec multum refert, neque aliquid certi definiri poteſt.

5. Quod aſſeruit Orig.*lib.*1.*ſup. ep.ad Rom.* ad deducendum Chriſtum ex familia Dauid, nihil referre, ſi B. V. dicatur orta ex alia familia, vel tribu, dummodo Ioſeph, cuius Chriſtus fuit velut adoptiuus filius iure coniugij inter Ioſeph, & Mariam, demonſtretur ortus ex familia Dauid: hæc, inquam, ſententia erronea eſt; alioqui ſicut Chriſtus non verè

fuit,

fuit, ſed exiſtimabatur filius Ioſeph; ita non verè eſſet de familia Dauid, quod eſt cōtra Scripturam *Pſalm.*131. *Act.*2. *Rom.*1. *Apoc.*5. & licèt Auguſt. idem videatur dixiſſe *lib.*2. *de conſ. Euang. c.*2. id tamen retractauit *lib.*23. *cont. Fauſt. c.*8. 9. *&* 10.

6. Maria nedum quoad maternam lineam, ſed etiam quoad paternam, originem duxit ex familia Dauid, & ex tribu Iuda. Plura Suar. *hoc loco.*

Dispvtatio III.

De tempore, quo primùm B. V. ſanctificata eſt.

1. Sanctificatam fuiſſe Mariam in vtero matris, nedum eſt probabile, vt ait Caiet. *tom.*1. *opuſc. tom.*1. *c.*1. ſed eſt adeò certum, vt oppoſita ſententia, vt

minimum, ſit temeraria, imò eſt erronea,& errori proxima.nam eſt contra omnium Patrum,& Catholicorum ſenſum, quia B.V. ſanctificatio in vtero eiuſdem certitudinis eſt, atque eius aſſumptio. Vide infrà *diſput.21.n.2.* Non eſt autem apertè hæretica, vt contra Caiet.ait Cathar. *lib 4.contra Caietan.* & Cordub. *lib.1. quæſt.44. concl 4.* Probatur autem euidenti ratione à D.Thom.*quæſt.17.art.1.* Quod quibuſdam hominum eſt conceſſum, non eſt negandum B.V. ſed ſanctificari in vtero conceſſum eſt aliquibus; ergo, &c. Maior ſupponitur à D. Thom. & Caiet.*quæſt.27.art.5.& 6.* & apertè aſſeritur à D. Bern. *epiſt.174.* à Bonau.*in ſpecul. Mariæ c.5.6.& 7.* & ab Auguſt. & Ambroſ. ab eo citatis *ibid.* Minor probatur ex ſanctificatione ſancti Ioan. Baptiſtæ.
2. De Ieremiæ autem ſanctificatione licèt probabilior, & certior

tior ſit affirmatiua ſententia : negatiua tamen à multis aſſeritur. Hieron. *c.* 1. *Ierem.* Iren. *lib.* 5. *c.* 15. Bernard *epiſt.* 174. Aug. *epiſt.* 57. *quæſt* 2. Anaſt. Nicen. *tom.* 6. *Bibl. quæſt.* 59. Abulen. *Iud.* 13. *quæſt.* 17. qui verba illa Ierem. 1. *& antequam exires de vulua, ſanctificaui te*, explicat ſecundùm diuinam electionem, & prædeſtinationem, quia etiam Sampſon dicitur Iud. 13. *Nazaræus*, i. ſanctificatus, *ex vtero*; & Paulus *Gal.* 1. de ſe ait fuiſſe *ſegregatum ex vtero.* Præterea eodem modo dicitur Ieremias ſanctificatus in vtero, & effectus Propheta : certum eſt autem non accepiſſe donum prophetiæ in vtero matris; ergo, &c.

3. B. V. fuiſſe à Chriſto redemptam eſt de fide, tum quòd eſt communis Eccleſiæ ſenſus : tum quòd ipſamet B. Virgo vocet Chriſtum ſuum ſalutare ; tum etiam quòd aliquam à generali

redemptione Chriſti excipere, contra fidem eſſe cenſet Aug. *lib.1.de pecc.mort.cap.27. & lib.3. c.3.& lib.6.con.Iul.c.8.*Hoc poſito dubium eſt, an B. V. eguerit hac redemptione, quia peccauit in Adamo, & de ſe fuit obnoxia originali culpæ,an ſine his poſſit ſtare vera redemptio.

4. Catharini ſententia *lib. de pecc.orig.c.vlt.& lib.de concept.*ad Syn. Trid. *p.1. cap.1.* item Galat. *lib.7.c.10.*& Viguer.*in inſtit.c.48. §.5.* B. V. non peccaſſe in Adamo, & tamen fuiſſe redemptam à Chriſto: non quidem eſt erronea, vt tenet Cordub. *lib.1. quæſt.44. concl.5.* ſed tamen nullo modo probanda, quia nec conſequenter loquitur, neque Scripturæ teſtimoniis poteſt plenè ſatisfacere; vrget enim locus Pauli 2. Cor. 5. *Si vnus pro omnibus mortuus eſt; ergo omnes mortui ſunt*,vbi opus eſt vtramque partem diſtributionis

æquè

æquè vniuerſalem eſſe: ſicut ergo certum eſt Chriſtum mortuum eſſe pro B.V. (aliàs non redemiſſet eam, quia per mortem nos redemit;) ita certum eſt B.V. mortuam eſſe ſaltem in Adamo.

5. Falſum eſt etiam, quod ex dicta ſententia ſequitur, B.V. re ipſa, & de facto non fuiſſe obnoxiam peccato originali, id eſt, non habuiſſe debitum contrahendi illud ex vi conceptionis ſuæ, eò quòd nullus habet hoc debitum, niſi in quantum in Adam peccauit; quippe, inquiunt, vt omnes poſteri Adami dicantur in illo peccaſſe, duo requiruntur, eſſe in illo tamquam in naturali omnium parente, & includi in eius voluntate, tanquam vniuerſaliter nomine omnium paciſcente. Primum, inquiunt, habuit B. V. non autem ſecundum. In hoc verò ſenſu dici poſſe obnoxiam, quia niſi per Chriſtum fuiſſet exempta in illo

pacto, quo conſtituit Adamum, vt omnium poſterorum vel peremptorem non obediendo, vel iuſtitiæ, & gloriæ acquiſitorem obediendo; niſi, inquiunt, in hoc pacto B. V. exempta fuiſſet propter merita Chriſti præuiſa, vtique ex vi modi, quo concepta fuit, peccatum originale habuiſſet. At, falſum id, inquam, eſt: nam non ſolùm hoc modo dicenda eſt obnoxia peccato originali, ſed etiam, quia verè B. V. incluſa fuit, vt cæteri, in pacto inito cum Adamo, & verè debitum habuit contrahendi peccatum originale, niſi diuina gratia fuiſſet impeditum: & hoc etiam ſufficit, vt B. V. dici poſſit decimata in lumbis Abrahæ. Vide infrà *n.*13. Id verò probatur breuiter: B. V. peccauit in Adamo, vt oſtendimus ex 2.*Cor.*5. & ex eo, tamquam ex radice infecta per ſeminalem rationem eſt orta: ſed hæc eſt tota ratio

ratio contrahendi originale peccatum, quippe quod eſt ex vi conceptionis; niſi gratia Dei præueniat; ergo, &c. Præterea explicatur exemplo (quod tamen pro ſe adducunt aduerſarij) de muliere, quę ſerua efficitur, excipiendo in ipſo contractu aliquem ex filiis, ne ſeruus naſci poſſit. Hoc enim poſito, qui poſtea mulierem illam à ſeruitute redimeret, reuera non redimeret filium, quia non erat obnoxius ſeruituti, ſed de ſe liber erat naſciturus. Sic ergo ſequeretur B. V. non fuiſſe redemptam à Chriſto, ſi non fuiſſet (vt ita dicam) vendita in Adamo. Chriſtus enim illos ſolos redemit, quos Adam vendidit, & quantum ex ſe eſt, fecit captiuos, vt ait Aug. *epiſt.* 157. *& lib.* 3. *cont. Iul. c.* 3. ex Zoſimo Papa, *Nullus redimitur, niſi is, qui ſub peccato ſeruit.*

6. Ad fundamentum, quòd ſcilicet hoc modo Chriſti, & matris

dignitas illuſtratur, & B. V. purior redditur, & Chriſti meritum efficacius, qui matrem ſuam præſeruare potuit, ne etiam in parente caderet, atque adeò B. V. oſtenditur magis aliena à peccato. Reſpondetur, hoc nullam vim habere, ſi conſideretur peccatum alienum non derogare propriæ innocentiæ, atque adeò nec peccatum Adæ, quamdiu in eo conſideratur, & re ipſa (vt B. V. ex ſingulari priuilegio contigit) aliqua ex eo macula contracta non eſt; egregiè enim docet Aug. *lib. 6. con. Iul. c.* 4. Peccatum originale, quatenus conſideratur in actione alterius, alienum eſt: fit autem proprium tantùm contagione propaginis.

7. B. V. ſanctificatam fuiſſe prius tempore ante animationem, concluſio negatiua eſt certa, nedum de facto, ſed etiam de poſſibili, quia proprium ſubiectum

forma

formalis ſanctitatis eſt anima rationalis, ſeu forma; ergo ante animationem non poterat fieri ſanctificatio formaliter. Dices radicaliter ſaltem potuiſſe ſanctificari in ſemine. Sed contrà: nam originale peccatum non inducitur per actionem phyſicam, ſed morali quodam modo, cuius non eſt capax res inanima, vt eſt ſemen. Semen autem, ſi phyſicè conſideretur, nullam habet qualitatem, aut priuationem phyſicæ qualitatis, ratione cuius ſit veluti inſtrumentum ad originale peccatum inducendum. Solùm poſſet intelligi quædam extrinſeca lex Dei, qua ſtatuat deputare hoc ſemen, vt per illud proles ſancta concipiatur. Sed hæc non eſt propriè ſanctificatio in radice, ſed ſolùm eſt decretum Dei de ſanctificanda huiuſmodi prole in ipſo momento conceptionis.

8. Si parentibus B. Virginis de-

diſſet Deus aliquam ſpecialem gratiam, ex qua neceſſariò conſequeretur ſanctificatio prolis, vtpote ſi Ioachim conſtitutus fuiſſet à Deo Princeps originalis iuſtitiæ in omnes poſteros neceſſariò transfundendæ; (vide *tom.* 1. *diſput.* 49.) proculdubio id dici poſſet propriè in parentibus, vel radice ſanctificare. De facto tamen non dedit talem gratiam, ſed tantummodò ab æterno ſtatuit præſeruari prolem talium parentum; quæ quidem prædeſtinatio nullum habuit effectum in parentibus, ſed in ipſo ſolo inſtanti conceptionis, quando executioni mandata eſt.

9. Certum eſt, abſolutè loquendo, poſſe Deum ſanctificare animam rationalem, eodem, quo creat, inſtanti, vt ſanctificauit Adamum, & ſi ipſe non peccaſſet, ſanctificaret omnes etiam poſteros eius. At difficultas eſt ex ſuppoſitio

poſitione facta, quòd B. V. contenta fuit ſub lege Adamo poſita, & in eo peccauit; videtur enim cum hac ſuppoſitione pugnare, quòd ſine peccato concepta ſit, vt docent Alen. 3. *part. quæſt.* 9. *m.* 2. *art.* 1. Ricc. 3. *d.* 3. *art.* 1. *qu.* 1. alioqui niſi ſaltem per inſtans conceptionis fuiſſet in peccato originali, non potuiſſet verè, ac propriè eſſe à Chriſto redempta, vt aiunt etiam Thomiſtæ. His tamen non obſtantibus,

10. Certum eſt, potuiſſe, Eccleſia enim cùm celebret feſtum conceptionis, vtique non celebrat rem impoſſibilem, ſed probabilem, & poſſibilẽ. Probatur, quia lex Adamo ſtatuta non includit abſolutam & definitam Dei voluntatem, vt peccante Adamo omnes eius filij ſine gratia conciperentur; ſed vt perderent ius ad gratiam: & hoc modo ſtare poteſt, vt B.V. obnoxia fuerit peccato originali,

id eſt, quantum ex vi conceptionis, perdiderit ius ad gratiam, & tamen præſeruata fuerit à labe originali; quia Deus non priuauit ſe per illam legem iure, & libertate miſerendi. Explicatur hoc exemplo: ſicut ex vi eiuſdem legis, & pacti initi cum Adamo, & eius peccati, omnes homines incurrunt pœnam mortis, à qua tamen Deus poteſt, quos voluerit, præſeruare, vt cõſtat ex D. Thom. 1.2.*quæſt.*82.*art.*3. *ad* 1. ac ſimiliter omnes ex vi eiuſdem peccati etiam extra vterum naſcuntur ſine gratia, & in peccato, & tamen potuit Deus ſanctificare in vtero aliquos ex priuilegio, vt Ieremiam, & Io. Baptiſtam de facto ſanctificauit: ita, &c. Denique ſi Rex legem ferat ſub pœna mortis, non ideo abſolutè vult omnes tranſgreſſores re ipſa pati eiuſmodi pœnam, ſed tantùm vult eſſe reos mortis; ipſe tamen poteſt illam

illam pœnam remittere. Non repugnat igitur, & B.V. ream fuiſſe mortis, vtpote peccantem in Adamo,& tamen re ipſa peccatum non contraxiſſe.

11. Ad argumentum,quòd videlicet impoſſibile videatur, vt in eodem momento ſit ſimul in gratia,& obnoxia peccato,id enim videtur,inquiunt,ſimul admittere in eodem momento gratiam, & peccatum.Sed falluntur:nam eſſe obnoxium peccato,non eſt niſi reum eſſe peccati, non autem re ipſa peccatum incurrere. Quocirca reſpondetur prioritatem naturæ tollere huiuſmodi difficultatem: nam in illo primo inſtanti, quo proles concipitur prius natura, cauſæ eius propriæ ita ſunt diſpoſitæ,vt omnino neceſſariò illæ ſint influxuræ peccatum originale; & hoc eſt prius natura eſſe obnoxium peccato originali: poſterius autem natura; & in eodem momento

mento temporis, infuſa eſt gratia. Itaque prius natura eſt impotentia vitandi culpam, poſtea verè eſt vitatio culpæ per gratiam Dei. Idque ipſemet Caietan. indicat *opuſc. de concept. c.* 3.

11. Argumenta, & auctoritates vtrimque afferuntur de conceptione B. V. ſine peccato, vel cum peccato originali. Ego, vt prolixitatem vitem, vnum pro immaculata B. V. conceptione affero argumentum ſumptum ex ſententia D. Thom. Caiet. Bonau. Aug. Ambroſ. Bern. quod ſuprà habes *diſp.* 3. *ſect.* 1. Quod quibuſdam hominum eſt conceſſum, non eſt negandum B. Virgini. Nunc addo minorem: ſed creari in gratia conceſſum fuit Adamo, & Euæ; ergo & B. V. concedendum eſt. Idque ſchola Pariſ. & Valentina adeò firmiter tuentur, vt neminem ad Doctoratum admittant, niſi priùs iurauerit, numquam ſe veritatem

immacu

immaculatæ conceptionis oppugnaturum. Suar. §. *ſecundum fundamentum*. Poteſt autem ſine læſione immaculatæ conceptionis dici Virgo decimata in Abraham, quia in eo ſecundùm ſeminalem rationem continebatur: ad hoc enim non eſt neceſſe, vt fuerit in peccato concepta; ſed ſatis eſt ex vi ſuæ originis fuiſſe peccato obnoxiam, & indiguiſſe redemptione Chriſti, per quam fuit ab illo peccato præſeruata. Suar. *in q. 31. art. vlt.* Dices; quid igitur? Si B. V. mortua fuiſſet ante Chriſtum, num velut originalis peccati immunis in cœlum ſubitò ad perfectam Dei viſionem euolaſſet? Reſpondetur primò nihil minuere de difficultate, etiamſi afferatur contraria ſententia, quia ad id parum refert, quod B. V. fuerit à peccato præſeruata, vel ſtatim poſt conceptionem mundata. Secundò reſpondetur, & affirmatiuam, &

nega

negatiuam ſententiam eſſe probabilem. Nam D.Thom.*hîc art.*1.*ad* 3.Alen.3.*p.q.*9. *memb.*3.*art.*2.§.3. alij Doctores *in* 3. *d.*3.Cord.*q.*47. *lib.*1. aſſerunt probabilius videri deſcenſuram fuiſſe in ſinum Abrahæ, donec Chriſtus morte ſua regni ianuam aperiret. Scot. autem 3.*d.*3.*q.*1. & Gerſon *ſerm. quodam de Incarn.* quos ſequitur tota Pariſien. ſchola, aſſerunt in eo caſu diſpenſaturum fuiſſe Deum cum B. V. ne vel puncto temporis ad inferna detineretur, ſed potiùs eam euolaturam immediatè ex hac vita ad gloriam perfectæ viſionis. Addo & alterum argumentum pro immaculata conceptione B. V. ex regula Aug. qua *lib.* 5. *cont.Iul.c.*9. ait rectè inferri eum, qui caruit actuali culpa, carere etiam originali; ergo ſatis patet B.V. caruiſſe originali culpa, cùm de fide ſit (vt dicetur infrà *ſect.* 3. *num.*2.) caruiſſe actuali. Plura
adduci

adduci poſſent: ſed hæc ſunt ſatis.

13. Pariſienſis ſchola, Almay. & Clithouæus Dominicanorũ ſententiam impietati proximam eſſe adſtruunt. Caietanus autem *cap.* 5. Canus *lib.* 4. *de loc. c.* 4. *&* 7. *c.* 3. *&* 12. *c.* 11. aſſerunt Scotiſtarum ſententiam, licèt ſpecie piam, eſſe tamen adeò incertam, & improbabilem, vt nulla ratione poſſit ab Eccleſia definiri. Verumtamen certum eſt D. Thom. ſententiam non eſſe impiam, neque erroneam, neque illos peccare, qui illam tuentur. Sixtus IV. & Pius V. *in Extrauaganti.* Scoti autem ſententia adeò videtur probabilis, vt intra latitudinem opinionis non poſſit eſſe probabilior.

14 Qui pertinaciter aſſerit alteram ex his opinionibus eſſe etiam de fide, non eſt hæreticus, vt Caſtro *lib. de iuſt. hæret. pun. c.* 8. ex Eccleſiæ prohibitione malè colligit, ſed ſolummodò eſſet temerarius,

& inobediens. Ratio eſt, quia Eccleſia non dicit huiuſmodi incertitudinem eſſe de fide, ſed ſolùm aſſerit, eſſe in hac re incertitudinem, ad ſcandala, & contentiones euitandas.

DISPVTATIO IV.

De perfectione prima ſanctificationis B. Virginis.

1. PRima concluſio. Certum eſt non habuiſſe in prima ſanctificatione conſummatam gratiam, quia gratia dicitur conſummata in ſtatu gloriæ. Hinc ſequitur, primò, non habuiſſe tunc gratiam ſummè intenſam, quam habitura erat, quia de ratione gratiæ viatoris eſt, vt creſcere poſſit. Sequitur ſecundò, idipſum eadem ratione dicendum eſſe non ſolùm de primo inſtanti, ſed etiam de omni

omni tempore, etiam poſt conceptionem filij. Quod tamen negant Scotiſtę. (Vide infrà *diſp.* 18. cur id negent.) Secunda concluſio in prima ſanctificatione intenſiorem habuit gratiam, quàm quiuis alius hominum, ſeu Angelorum in prima ſanctificatione habuerit: imò etiam (quod pium, & veriſimile eſt) intenſiorem, quàm ſuprema cæterorum gratia, in qua vel Angeli, vel homines conſummantur. S. Vinc. Ferr. *ſerm.* 1. *de nat. B. Laur.* Iuſt. *ibidem.* At verò oppoſitum ſentit Caiet. *hîc*, eo quòd gratia comprehenſoris excedat gratiam viatoris; ſed malè colligit, alioqui quilibet infans comprehenſor excederet in gratia B. Virginem.

2. Certum eſt B. V. ſimul cum gratia accepiſſe omnes virtutes per ſe infuſas, & omnia dona Spiritus ſancti. Probabile eſt accepiſſe etiam virtutes morales per accidens infuſas: tum quòd Ada-

mo & Euæ in prima ſua ſanctificatione conceſſæ fuerunt: tum etiam quòd ordinatio appetitus, & extinctio fomitis, quam in prima ſanctificatione habuit, accommodatiùs fit per virtutes morales per accidens infuſas, & ex ſuo genere acquiſitas, quàm per eas, quæ per ſe ſunt infuſæ, quia hæ cùm altioris ſint ordinis, facilè ſecum compatiũtur effrænatas paſſiones.
3. In illa eadem prima ſanctificatione inamiſſibile ſanctitatis donum, & perſeuerantiæ in gratia accepit. hoc eſt dictu: numquam peccare mortaliter potuit. Eſt de fide; & quia conceſſum hoc fuit Ieremiæ, & Ioan. Baptiſtæ, ac multis aliis, vt docet Athanaſ. *ſerm.* 4. *con. Arianos circ. med.* & Aug. *de natura, & gratia c.* 36. & Enchir. c. 64. ideo B. Virgini non eſt negandum. Imò nec venialiter peccare potuit. Eſt de fide; numquam peccaſſe venialiter. Conc. Clarom.
vt

vt refert Veg. *lib.* 14. *in Trid. c.* 18. Concil. Trid. *ſeſſ.* 3. *can.* 23. Aug. *de natura, & gratia c.* 36. Bernard. *epiſt.* 174. *& ſerm.* 2. *de Aſſumpt.* Rupert. *lib.* 6 *in Cant. circa principium.* Richard. *lib.* 2. *de Eman. c.* 30. *& in Cant. c.* 39. ex quo fit vt in ſenſu compoſito numquam peccare potuerit, quia licèt vt viatrix peccare potuit; tamen repugnat cum tali dono confirmatis in gratia peccatum exiſtere, ſeu componi, vt per ſe conſtat.

4. Ea confirmatio, & impeccabilitas conſtitit non ſolùm in habitibus infuſis, vel in ſola inhærente qualitate, ſed etiam in ſingulari Dei protectione per actualia auxilia. Probo. nam nulla inhærens qualitas, ſecluſa viſione beatifica, & Dei amore neceſſario, qui illam conſequitur, ſatis eſſe poteſt per ſe ſola, vt efficiat impeccabilitatem, vt dicitur infrà. Porrò quomodo impeccabilitas

ſtet ſimul cum libertate arbitrij, vide *tom. 1. diſp. de Chriſti impeccabilitate.*

5. Tunc etiam extinctus fuit illi fomes. Probo: nam numquam in actu, vel in appetitu habuit, vel in voluntate, motum aliquem indeliberatum præuenientem rationem, & conſenſum liberæ voluntatis. Hæc eſt certa, & communis D. Thom. Scot. Ricc. Bern. Damaſ. Sophron. & cæterorum.

Qui verò dicunt ligatum quidem fomitem ante conceptionem Verbi, extinctum autem poſt conceptionem, vt D. Thom. Bon. Dur. & qui, ab initio extinctum, vt Scot. Aleнſ. Maior. conueniunt in prima concluſione, videlicet quoad actum. At explicari tamen poſſunt, quòd differant ab illis, eò quòd primi ſentiunt ante conceptionem ligatum, id eſt, extrinſeca quidem Dei protectione actuali præuentum, vt numquam inordinatè

dinatè operaretur, at ſibi relictum proculdubio futurum fuiſſe, vt in actum inordinatum exiiſſet: ſed poſt conceptionem minimè; quia per inhærentem habituum infuſorum qualitatem, vt ſic, nullo modo moueri potuiſſet contra rationem. Idque vocant Caietan. & Durand. extinctionem fomitis. (Intelligi tamen non poteſt, quomodo is effectus fieri poſſit per ſolos habitus inhærentes, quia illæ qualitates, quæ ſolùm ſunt per modum actus primi, non poſſunt facere vt exiſtens obiectum, & applicatum appetitui illum non moueat, cùm requiratur præterea, vt per actualem motionem à ſuperiori potentia contineatur, ne moueat.) Secundi autem dicunt ab initio tum per externam Dei protectionem impedientis obiecta, vel negantis concurſum ad huiuſmodi motus inordinatos, tum etiam per habitus infuſos, & virtutes perfectas

ablatam fuiſſe priuationem iuſtitiæ,& inordinationem fomitis, & id vocant extinctionem. Sanè probabilior eſt ſecunda opinio,& ſequitur ex dictis ſuprà *ſect.* 2. 3. *&* 4.

6. Originalis iuſtitiæ donum habuit B.V. licèt non quoad aliquos eius effectus, id eſt, carentiam paſſionum, doloris, triſtitiæ, corpus impaſſibile, immortale,&c. Probo. nam hoc donum nihil intrinſecum erat in homine præter gratiam in eſſentia animæ exiſtentem, & virtutes omnes per ſe, & per accidens inſuſas in gradu heroico, quibus adiungebatur Dei ſpecialis cuſtodia, &c. vt latè 1.*p. quæſt.* 95. At hæc omnia habuit B.V. vt ſuprà probatum eſt; ergo, &c. Sententiam hanc tenent Carthuſ. *lib. de præcon. Mariæ.* Caniſ. *lib.* 1. *c.* 9. Cuſa. *lib.* 8. Durand. 3. *d.* 3. *quæſt.* 3. & Caiet. 3. 2. *quæſt.* 109. *art.* 2.

7. Quod

7. Quòd B. V. fuerit in primo inſtanti ſanctificata, hactenus diſſeruimus. Nunc, quomodo fuerit ſanctificata, id eſt, vtrùm ſine propria diſpoſitione, vt ordinariè contingit infantibus, an verò altiori modo, & per propriam diſpoſitionem more adultorum. Hæc autem quæſtio pendet ex aliis, nempe, primò, an in primo inſtanti ſanctificationis habuerit vſum rationis, & actum eius cum perfecta cognitione, & iudicio? Secundò, quid per illum cognouerit? Tertiò, qualis fuerit illa cognitio? Quartò, an vſus rationis perſeuerauerit in B. Virgine per totam infantiam.

Quoad primum dico affirmatiuè. Ita ſanctus Bernard. Sen. *ſerm.* 51. *de Virg. c.*2. *art.*1. Caietan. *hîc art.*3. Vigu. *c.*5. § 3. *verſ* 9. Probatur: conceſſum fuit id Ioan Batiſtæ; ergo & B. V. Antecedens patet ex omnibus ferè Patribus,

Ambroſ. *lib.* 1. *in Luc.* Leo. *ſer.* 10. *de nat.* Hieron. *epiſt.* 7. *ad Lætam.* Aug. *lib.* 2. *de conſenſ. Euang. c.* 15. Chryſoſt. Theophyl. Cyrill. Hieroſol. &c. Sequela autem patet. Nec obſtant D. Thom. vel Aug. verba : nam D Thom. *art.* 6. iuxta Caiet. aduerſatiuè loquitur, non aſſertiuè. Aug. autem *epiſt.* 57. nihil negat, ſed de tota ſanctificatione Ioannis inquirendo procedit. Igitur vnus diſſentit recentior Ianſenius, qui verba illa, *exultauit in gaudio*, metaphoricè ſumit. Sed facilè reiicitur ex mox dicendis.

Quoad ſecundum dico cognitionem, quam B.V. tunc habuit, potiſſimum circa Deum, & Chriſtum verſatam eſſe. Probatur, quia hæc cognitio eſt ad ſanctificationem pertinens : alia verò non erat eo tempore neceſſaria.

Quoad tertium fuit cognitio fidei. Probatur, quia conueniens eſt

eſt viatori. Potuit autem eſſe ſcientia infuſa myſteriorum: ſed probabilius eſt fuiſſe fidem.

Quoad quartum. Probabile eſt huiuſmodi facultatem vtendi ratione ſemper duraſſe in B. V. Id eſt contra Caiet. *hîc art.* 4. At id tuetur S.Bernard.Sen. *loc.citato*,& probatur, quia idem conceſſum fuit S. Ioann. Baptiſtæ, vt tenet Ambroſ.*lib.2.in Luc.*dicens,Ioannem creuiſſe in gratia tribus illis menſibus ex præſentia Virginis. Tempus ſiletur infantiæ, &c. & *infrà c.de prophetia Zachariæ*, ait, Zachariam ideo locutum eſſe ad filium, quia eum audire poterat. Idem habet Orig. *hom.*8. *&* 9. *in Luc.* Bernard.Sen.*loc.cit.*& Valentia ſupra *Magnificat*. Sed ſanctus Thom.*art.*4. dicens id eſſe ſingulare priuilegium Chriſti, intelligitur de vſu rationis cum clara Dei viſione, & de facultate ratiocinandi in omni re, & ſcientia: at

B.V. habuit tunc vſum rationis in iis tantùm, quæ ad Dei, & Chriſti cognitionem pertinebant. Hoc dictum ſit probabiliter: qui enim dicunt, quod habuerit vſum rationis per actualem, & tranſeuntem reuelationem tum in primo inſtanti ſanctificationis, tum etiam poſtea ſubinde pro alicuius rei occaſione, vtputa cùm intelligens, & conſentiens eſt in templo oblata, non ſunt improbandi.

8. Ex dictis ſequitur affirmatiua concluſio, nempe B V. ſanctificatam fuiſſe per propriam diſpoſitionem. Probatur auctoritate S Bernard. Sen *loc. cit.* item exemplo: nam eo modo ſanctificati fuerunt Adam, Eua, Angeli, Ioan Baptiſta; ergo, &c. item ratione. Nullus ſanctificatur ſine proprio libero conſenſu, niſi veluti per accidens, propter impotentiam vtendi ratione; ratio enim perfecta, ac propria ineundi diuinam amici-

tiam,

tiam, & ſpiritualem diſpoſitionem, quæ in prima ſanctificatione fit, vtriuſque partis conſenſum requirit: ſed in B. V. non erat ea impotentia. nam, vt oſtenſum eſt, vti ratione poterat; ergo, &c.

Cùm maioris perfectionis ſit, & viatoribus magis accommodum ad gratiam ſe diſponere, & quodammodo ſe ipſum per actum diſpoſitionis ſanctificare, atque adeò cum diuino auxilio eſſe ſibimet aliquo modo cauſam gratiæ, quàm ex habitu primum actum elicere, vel ſolùm ex auxilio diuino; hinc probabilius eſt, hoc modo B. Virginem ſe diſpoſuiſſe ad gratiam.

Ex dictis infertur, B. V. in prima ſua ſanctificatione meruiſſe de condigno, non gratiam (quia principium meriti non cadit ſub merito,) ſed gloriam. Id vt clariùs probetur, ſuppono ex tractatu de gratia, vltimam diſpoſitionem ad

gratiam.

gratiam eſſe meritoriam ; ergo cùm hoc ad perfectionem ſpectet, B. V. non eſt negandum. Confirmatur, quia idem de Io. Baptiſta credibile eſt, de quo Naz. *orat.* 12. Ambr. *ſer.* 64. *& in Luc.* Beda, & alij dicunt, ſuo merito patri loquelam reſtituiſſe. Item Angeli, & Adam meruerunt gloriam per eum actum, quo ſe ad gratiam diſpoſuerunt ; ergo, &c.

DISPVTATIO V.

De virginitate B. Mariæ.

1. FViſſe Virginem ante partum, concluſio eſt de fide, ex duobus potiſſimum locis. Eſa. 7. *Ecce Virgo cõcipiet.* & Symb. Apoſt. *Natus ex Maria Virgine*, vt alia loca omittamus.

2. Fuiſſe Virginem in partu, eſt de fide. Eſa. 7. *Ecce Virgo concipiet,*

&

& pariet. Ad Iudæos autem reſpondetur, non poſſe Eſaiæ verba quadrare in Ezechiam, & matrem eius, tum quòd hæc non fuerit Virgo; vt vox, *Alma*, perpetuò in Scriptura ſignificat. *Gen.* 24. LXX. & Chald. Paraphr. *hoc loco*, &c. tum quòd Ezechias vt minimùm nouem annos natus erat, cùm hoc Eſaias prædiceret. Ad Eraſmum (quem ſequuntur hæretici) hunc locum exponentem non componendo, ſed diuidendo, id eſt, quæ fuit Virgo, pariet, non quòd virginitatem in partu retineat; reſpondeo etiam quoad conceptionem erunt hoc ſenſu exponenda, quia eodem contextu dicitur, *Ecce Virgo concipiet, & pariet.* Conſequens eſt abſurdum: nam quale ſignum, vel prodigium eſſet, vt quæ fuit Virgo, conciperet iam corrupta, & pareret? ergo, &c. Secundò ita expoſuit Eſaiam Matthæus ipſe *cap.* 1. ergo, &c. Ad

Durandum, qui cùm neget poſſibilem eſſe corporum penetrationem, ait partum Virginis fuiſſe quidem ſine ruptione aliqua, aut diuiſione,(vt Aug.*lib.*14.*de Ciuit. Dei,c.*26.& D.Thom.1.*p.q.*98.*art.* 2.*ad* 4.cenſent futuram fuiſſe hominum natiuitatem in ſtatu innocentiæ,ſi duraſſet;) non tamen per penetrationem corporum;ſed fieri potuiſſe in corpore B.V. (vt patere poſſet) partium, & pororum dilatationem.Reſpondeo eam eſſe opinionem pluſquam temerariam; eſt enim contra omnes Theologos, & contra communem conceptionem fidelium; imò etiam Patrum omnium, qui eodem modo aiunt exiſſe Chriſtum de vtero,vt de ſepulcro,& ſicut introiuit clauſis ianuis. Item Procl. Cyziz. *hom.de Chriſti nat. tom.* 6. Conc. Epheſ.*c.*7.ait:*Ita ex vtero eſt egreſſus,ſicut per aurem ingreſſus.*Et alter Ser. quidam eiuſdem Conc.

relatus

relatus à D. Thom. *art.* 2. ait: *Neque noſtrum verbum, cùm paritur, corrumpit mentem, neque Deus Verbum*, &c. Dico igitur ſimpliciter penetrando interiacentia corpora, ſimúlque cum illis in eodem loco exiſtendo, Chriſtum exiſſe de Virginis vtero. Ad Patres, qui dicunt, Chriſtum *aperuiſſe vuluam*; reſpondetur, *claudere vuluam*, phraſi Hebræa, ſignificare ſterilem facere, *Gen.* 20. 29. 30. 1. *Reg.* 1. Igitur, *aperire vuluam*, eſt idem ac fœcundam reddere; & hoc modo loquendi vtuntur Patres, vt oſtendant Chriſti natiuitatem nõ fuiſſe phantaſticam, ſed verã, & realem.

3. Fuiſſe Virginem poſt partum, eſt de fide. Ezech. 44. *Porta hæc clauſa erit*; qui locus licèt ſub metaphora, ad litteram tamen eſt de B. V. vt teſtantur ſancti Patres, & Syn. V. *can.* 6. Syn. VI. *act.* 11. Conc. Later. I. *can.* 3. Fratres autem Domini, qui vocantur, ij patre Cleo-

pha, qui frater Ioſeph dicitur ab Euſeb. ex Egeſ. *lib.* 3. *c.* 10. geniti ſunt, atque adeò putatiui Chriſti conſobrini fuerunt, non naturales & veri.

DISPVTATIO VI.

De virginitate Mariæ quantum ad virtutem animi.

1. B. Virgo à principio vſus rationis habuit propoſitum ſeruandi virginitatem. Ita D.Th. *hic art.*4.*in corp.*& omnes Scholaſtici. 2. Nullum erat præceptum in veteri lege, nubendi,& caſtitatem non ſeruandi. Hieron. *lib.* 1. *con.Iouin.*Aug. 14.*con.Fauſt.c.vlt.* Cyr.*lib.*5.*in Eſa.tom.*3. & colligitur ex *Iſa.* 56. vbi ſpadonibus, id eſt,virginibus,promittit Deus nomen æternum, & locum inſignem in domo ſua,vt dicti Patres exponunt.

nunt. Illud verò *Deut.* 25. (quod tamen in Vulg. non habetur,) *Maledictus ſterilis, qui non facit ſemen in Iſrael*; exponendum eſt vel à contrario ſenſu, vel de infamia, quam apud vulgus incurrebant ſteriles, quo pacto exponendus eſt D. Thom. *art.* 4 *in corp.* vide eundem 4. *d.* 33. *art.* 2. *ad* 2. 3. Multi viri inſignes in veteri lege virgines fuerunt, nempe Elias, Ambr. *lib.* 5. *de Virg. in princ.* Ieremias, & alij, Ignat. *epiſt. ad Philadel.* Tres pueri, Damaſc. *lib.* 4. *c.* 25. Daniel. Idem *ibid.* & Hieron. *con. Iouin. lib.* 1. & *prologo in Ierem.* Eſſæni, Ioſ. *lib.* 13. *antiq. c.* 8. Ioan. Baptiſta, &c. 2. Hoc Virgo propoſitum caſtitatis, voto firmauit, quod emiſit ante deſponſationem. Aug. *lib. de Virg. c.* 4. Hug. *de perp. virg. B. Mariæ c.* 1. & communiter Scholaſtici, Scot. 4. *d.* 30. *quæſt.* 2. Bon. *ibid.* &c. Adde Nyſſen. *hom. de nat. Chriſti.* Imò votum non minus anti-

quum fuiſſe in B.V. quàm propoſitum, ſentiunt Patres, & ratio ſuadet, quia ab infantia mota eſt à Spiritu ſancto, vt, quod melius eſſet, ſeruaret, & perficeret: ſed propoſitum caſtitatis voto firmare eſt perfectius; ergo id ab ipſa prima ætate emiſit. Fuit autem votum conditionatum, id eſt, quoad vſque oppoſitum à Deo reuelaretur, quod quidem æquiualet voto abſoluto, & implicitè includitur in omni voto abſoluto. D.Thom. *hîc*, & Palud.

3. Prima tempore fuit in virginitate vouenda. Bern. *homil.* 2. *&* 3. ſupr. *Miſſus eſt*. Rupert. *lib.* 3. *in Cant. circa fin.* Bed. *Luc.* 1. Hieron. *epiſt.* 2. *ad Euſtoch.* Carthuſ. *part.* 1. *vita Chriſti. cap.* 2. VVald *tom.* 2. *c.* 130. Abulenſ. 4. *Reg.* 18. *quaſt.* 19. D.Thom. *art.* 4 *ad* 2. Eſſæni autem leguntur quidem virginitatem ſeruaſſe, non tamen vouiſſe. Lege Ioſ. *lib.* 2. *c.* 7. & Epiphan. *hær.* 16. Strabus

bus tamen apud Genebr. *in Chronolog.* tradit, Adamum poſt Abelis obitum caſtitatem vouiſſe, ex præcepto tamen Dei poſtea genuiſſe; ſed id nullo fundamento probat: Mariam autem ſororem Moſis, Iephthe filiã, aliáſque veteris Teſtamenti virgines vouiſſe perpetuam virginitatem non conſtat: Virgines autem veſtales non vouebant, ſed poſt certum tempus nuptui tradebantur. Alex. ab Alex. *lib.* 5. & indicat Ambroſ. *lib.* 1. *de Virg.* idem *in hymn. Veſtalium*, inquit, *virginitas emptitia, temporaria, & faſtu plena.*

3. Tum etiam dignitate fuit prima. Ambroſ. *lib. de Iuſt. virg. c.* 5. Bernard. *ſerm. ſignum magnum*, &c. Ideo vocatur Regina Virginum.

4. Vouit autem non voto ſolemni, quod ab Eccleſia eſt inſtitutum, vt nos imperfectos in voto contineret, ſed ſimplici, quod ma-

trimonium cum Ioſepho non eſſet impediturum.

Disputatio VII.

De B.V. matrimonio.

1. **V**T partus Virginis celaretur Diabolo, conueniens fuit nubere. Id ait D.Thom.*quæſt.* 19. *art.*1. ſumens ex Ign. & refert Hieron. *Matth.* 1. Adde Ambroſ. *lib.*2.*in Luc.*Baſil. *homil.de Chriſti generatione.* Damaſc. *lib.* 4. *de fid. c.*15.Bernard. *hom.*3. *in Miſſus eſt.* Rupert.*lib.*11. *de vict. Verbi c.*19. Sed Scotus 4.*d.*30.*quæſt.*2.& Abul. *in Matth. quæſt.* 31. contemnunt hanc rationem;quia generatio, & integritas virginalis ſunt res corporeæ, quas Angelus poteſt intueri; ergo, &c. Quòd ſi cum D. Thom.reſpondeas dæmonem non ſemper omnia actu intueri, & di-

uina prouidentia fieri potuiſſe, vt hæc omnia numquam aduerterit, inſtat Scotus: nam hoc ipſum fieri potuit ſine coniugio, & ſicut exiſtimauit Virginem concepiſſe ex Ioſepho, ita tunc ex alieno viro concepiſſe putaſſet. Sed non videtur aſſecutus Scotus piiſſimam ſanctorum Patrum mentem, qui exiſtimarunt tantam Virginem etiam apud dæmones non potuiſſe in prauam ſuſpicionem venire. Vnde ſi vidiſſent eam innuptam, potius ſuſpicarentur ſine opera viri, quàm ex prauo concubitu concepiſſe.

2. Inter Mariam, & Ioſephum fuiſſe verum matrimonium ratum, eſt concluſio de fide, vt docent Theologi omnes *in 4. d. 29. & 30.* & D. Thom. *hic.* Accedit definitio Conc. Floren. *in decr. Eugen.* matrimonium perfici mutuo conſenſu, qui abſque dubio copulam antecedit, & Trid. diſtingui:

ſeſſ. 24. matrimonium ratum à conſummato, & ait illud eſſe verum matrimonium, & in paradiſo terreſtri Adam non habuit copulam cum Eua, & tunc tamen verè fuerunt coniuges: ſicut enim in rebus, quæ vſu conſumuntur, dominium diſtinguitur ab vſu, & abſque illo haberi poteſt; ita in matrimonio poteſt dari poteſtas, & dominium in corpus coniugis abſque vſu copulæ.

3. Veriſimilius dicerem, ante conceptionem filij Dei fuiſſe illud matrimoniũ perfectum, etiam quoad ſolemnitatem omnem accidentalem, & benedictionem ſacerdotis, ſi fortaſſe interuenire ſolebat: certò tamen non conſtat de tempore initi matrimonij.

4. Rediens à templo non iuit B.V in domum parentum, qui iam mortui erant. Cedr. *comp. hiſt* ſed poſt expletam omnem matrimonij ſolemnitatem ab ipſis ſacerdotibus

tibus immediatè data eſt Ioſepho, vt Greg. Nyſſ. Nicom. Dam. Euod. & alij indicant.

5. Ætas B.V. cùm nupſit Ioſepho fuit iam inchoato decimoquarto anno. Ita Euod. apud Niceph. *lib.* 2.*c.*3. Nyſſ. Dam. & alij ſuprà citati.

6. Quarto menſe à deſponſatione concepit Chriſtum. Iidem *loc. cit.*

DISPVTATIO VIII.

De ſancto Ioſepho.

1. IOſephum autem alij faciunt in deſponſatione octogenarium. Ita Epiph. & alij nonnulli. At probabilius eſt non fuiſſe ſenem. Eſa. 62. *Habitabit iuuenis cum Virgine*; quod ad Ioſephum accommodant Gloſ. ord. Cyril. & alij recentiores.

2. Faber fuit, vel lignarius. (Iuſt. *dial. cum Tripho. longè à medio*, qui inſuper ait, Chriſtum illum intérdum iuuiſſe. D. Thom. *in Matth.* 18. & ibi Lyr. Carthuſ. & alij.) Vel ferrarius. Bed. *lib.* 2. *in Marc. ſuo cap.* 23. Hil. *can.* 14. *in Matth.* Anſel. *Matth.* 13. &c. Ambr. autem *lib.* 3. *in Luc. in principio*, vtrumque indicat. Idipſum Caiet. *Matth.* 13. *ad finem*, & alij nonnulli.

3. Apoſtolis comparatur. Quædam ſunt miniſteria præcisè pertinentia ad ordinem gratiæ gratum facientis, & in hoc ordine intelligo Apoſtolos eſſe ſupremos, & indiguiſſe fortaſſe pluribus gratiæ (præſertim gratis datæ, & ſapientię) donis, quàm reliquos. Alia verò ſunt miniſteria, quæ attingunt ordinem vnionis hypoſtaticæ, qui ex ſuo genere perfectior eſt, vt de dignitate matris Dei ſuprà *diſput.* 1. *ſect.* 2. diximus. Et in hoc ordine intelligo conſtitutum

eſſe

eſſe miniſterium ſancti Ioſephi,& eſſe veluti in infimo gradu illius; excedere tamen conſtitutos in alio ordine tamquam exiſtentem in ordine ſuperiori. Et ſi obiicias D. Thom. oppoſitum ſentientem; reſpondetur, ex dicto illo vniuerſali D. Thom. ad Epheſ. 1. *Temerarium eſt aliquem ſanctum Apoſtolis comparare*; cùm proculdubio excipiendus ſit Io. Baptiſta, quem ait Anſel. *in Matth.* 2. in cœlo eſſe maiorem Apoſtolis, non erit ſimiliter neque temerarium, neque improbabile etiam ſanctum Ioſephum excipere, eúmque Apoſtolis comparare, imò & præferre, quia

4. Probabile eſt perfectiorem gratiam eſſe aſſecutum, quàm Io. Baptiſtam, quia excellentius munus habuiſſe videtur, & maiorem opportunitatem ex familiaritate cum Chriſto creſcendi in gratia. Pium igitur, & veriſimile eſt opinari Sanctum hunc reliquos omnes

nes in gratia, & beatitudine antecellere, vt idem in cœlo ſit ordo, ac *Matth.*2. Ieſus, Maria, Ioſeph. Illud verò Mat.11. *Inter natos mulierũ nõ ſurrexit maior Io. Baptiſta*, ex *Luc.*7. verbis colligitur, non cũ omnibus Sanctis, qui eum anteceſſerunt, ſed cum ſolis Prophetis comparari; ait enim Lucas: *Maior Io. Baptiſta Propheta nemo eſt*; denique idem ſenſus eſt horum verborum, ac illorum Matth.11. *Pluſquam Prophetam*, qua ratione autem pluſquam Propheta fuerit, vide Hieron. *ep. ad Alg. q.*1. *& in Matth.*11. *& Gal.*4 Chryſo. *hom.* 27. *imperf.* & cæteros quoſdam.

5. Fuiſſe autem ſanctificatum in vtero matris, caruiſſe fomite, vel omni actuali peccato, & huiuſmodi, quæ Gerſon *ſer. quodam de nat. Mariæ*, & Iacobus de Valentia ſuper *Magnificat*, tribuunt S. Ioſepho, cenſeo, neq; aſſerẽda, neque credẽda eſſe. Hæc enim, & ſimilia, quæ

quæ ſunt præter generales canones S.Scripturæ,non ſunt ſine euidenti ratione, & magna auctoritate Eccleſiæ, vel ſanctorum Patrum approbanda, ne nouitatibus ianuam aperiamus.

DISPVTATIO IX.

De Annunciatione.

1. LIcèt ex Bern.*hom.1.de Annunc.* elici poſſit Gabrielem ſupremum omnium cœleſtium ſpirituum fuiſſe;atque adeò ex ſuprema Hierarchia, eò quòd ait, miſſum eſſe à Deo, quia ab eo immediatè intellexit myſterium, quod nulli, præterquam ipſi, ante Virginem declaratum eſt, nullo videlicet excellentiori ſpiritu inter Deum, & ipſum intercedente; tamen in re hac incerta probabilior eſt opinio D. Thom.*hic art.2.*

eum ſcilicet fuiſſe ex infima quidem Hierarchia: at caput, & principem omnium Archangelorum. Tum quòd nunciandi munus non ad ſupremos Angelos, ſed ad infimam Hierarchiam ſpectat, iuxta illud Dion. c. 3. cœl. Hier. *Neque alicui fas eſt operari, niſi quod officij ſui diuina ſanxit inſtitutio*, &c. Hierarchiæ enim miniſteriis diſtinguuntur; tum quòd ſi ad ſupremum myſterium nunciandum ſupremus omnium ſpirituum deligendus fuiſſet, id proculdubio ſpectaſſet ad Michaelem, quem ex Hieronym. *Dan* 8. & Rup. *lib.* 5. *in Apoc.* & communi Eccleſiæ conſenſu conſtat eſſe Gabriele ſuperiorem, & omnium principem ſpirituum beatorum.

2. Idem ipſe fuit Gabriel, qui apparuit Danieli *c.* 8. Zachariæ *Luc.* 1. Ioſepho *Matth.* 2. vt notat Bern. *hom* 3. *in Miſſ.* & Mariæ Virgini. Gabriel autem interpretatur

vel,

vel, *fortitudo Dei*, vt Hieron.
Dan. & Greg. *hom. de Angelo*, vel,
homo Dei, vt Theoph. *Luc.* 1. vel,
Deus, & homo, vt Proclus Cyziz.
... quæ habetur *tom.* 6. Conc.
... c. 7.

3. Angelus Gabriel in humana
ſpecie apparuit. Certa eſt conclu-
ſio & communis. Ambroſ. *lib.* 1. *in*
Luc. Orig. *hom* 4. *in Luc.* Emiſſenus
... in *Miſſus eſt*, Chryſol. *ſer.* 14...
... *ep.* 7. & 22. *circa fin.* Aug.
... 14. *de Nat.* D. Thom. *hic*, &c.
Apparuiſſe autem corporali ſpe-
cie eſt de fide; quia *Luc.* 1. dicitur,
ingreſſus; & mox dicitur, *diſceſſit* ab
... greſſus, & diſceſſus corporalem
... indicat. Probabiliter item
dici poteſt non dum in externa
ſpecie, ſed etiam in ſua ſubſtanti...
viſum eſſe à B. V. tum quia leg...
... hoc modo Angelos viſos
... Sanctis, tum quòd Athan...
... ad *Antioch.* id affirmat, ea r...
... tione, quòd decuerit B. V. perf...
A...

vel, *fortitudo Dei*, vt Hieron. *in Dan.* & Greg. *hom. de Angelo*; vel, *homo Dei*, vt Theoph. *Luc.* 1. vel, *Deus, & homo*, vt Proclus Cyziz. *hom.* quæ habetur *tom.* 6. Conc. Epheſ. *c.* 7.

3. Angelus Gabriel in humana ſpecie apparuit. Certa eſt concluſio, & communis. Ambroſ. *lib.* 1. *in Luc.* Orig. *hom* 4. *in Luc.* Emiſſenus *hom.* in *Miſſus eſt*, Chryſol. *ſer.* 140. Hiero. *ep.* 7. *&* 22. *circa fin.* Aug. *ſer.* 14. *de Nat.* D. Thom. *hîc*, &c. Apparuiſſe autem corporali ſpecie, eſt de fide; quia *Luc.* 1. dicitur, *ingreſſus*; & mox dicitur, *diſceſſit*: at ingreſſus, & diſceſſus corporalem motum indicat. Probabiliter item dici poteſt non dum in externa ſpecie, ſed etiam in ſua ſubſtantia viſum eſſe à B. V. tum quia legimus hoc modo Angelos viſos à multis Sanctis, tum quòd Athan. *q.* 12. *ad Antioch.* id affirmat, ea ratione, quòd decuerit B. V. perfe-

ctius

ctius videre Angelum, quàm priſcos Prophetas.

4. Certa eſt concluſio, Incarnationem factam fuiſſe non ante expreſſum conſenſum à Virgine, per illa verba, *Ecce ancilla*, &c. Dam. *lib* 3. *de fid. c.*2. Aug. *ſer.*2. *de Annũc.* Rup. *lib.*1. *de oper. Spiritus ſancti. c.*9 Euthym. *Luc.*1. Anaſt. Papa *in fragm. ep.* quæ extat 2. *tom. Conc.* ante Conc. Auern. & colligitur ex contextu *Luc.*1. Nam vſque ad illa verba, *Ecce ancilla*, contextus indicat incarnationem futuram, non autem factam. Patres verò, qui oppoſitum videntur aſſerere, exponendi ſunt locutos eſſe de re mox futura, ac ſi eſſet facta, vt ſæpe vulgò loquimur.

5. Dies fuit 8. Kalend. Aprilis. Athan. *q* 17. Chryſ. *hom.*1. *in Luc.* Aug. *ſer.*18. *de Nat. & lib.*83. *qq. q.*56. Conc. Flor. *in decr. Eugen.* &c.

6. Hora veriſimile eſt media nocte, Sap. 18. *Dum medium ſilen-*

tium,

tium, &c. hoc modo nouem integris menſibus in vtero permanſit.

locus Nazareth. *Luc.*1. Necobſtat, quòd illa ciuitas erat in Galilæa, quæ ad tribum Iuda non pertinebat, quia, vt not. Abul. in *Matth.*2. Iudæi ex captiuitate Babylonis reuerſi totam illam regionem occuparunt, & ita multi ex tribu Iuda extra Iudæã, atque adeò in Galilæa domicilia habebant; Domus, ſanctæ Annæ domicilium, vbi & B. V. nata eſt, & Chriſtus ſaltem vſque ad fugam in Ægyptum educatus. nam poſt reditum ab Ægypto in aliam domum Christus, & B. V. confugerunt. Bed. *de loc. ſanct. c.*16. Illa autem eſt Lauretana Eccleſia, toto orbe terrarum celeberrima. Adi Turſellini Hiſtoriam.

tium, &c. hoc modo nouem integris menſibus in vtero permanſit.

7. Locus Nazareth. *Luc.* 1. Neque obſtat, quòd illa ciuitas erat in Galilæa, quæ ad tribum Iuda non pertinebat, quia, vt not. Abul. *q.*88. *in Matth.*2. Iudæi ex captiuitate Babylonis reuerſi totam illam regionem occuparunt, & ita multi ex tribu Iuda extra Iudæã, atque adeò in Galilæa domicilia habebant; Domus, ſanctæ Annæ domicilium, vbi & B.V. nata eſt, & Chriſtus ſaltem vſque ad fugam in Ægyptum educatus. nam poſt reditum ab Ægypto in aliam domum Chriſtus, & B. V. confugerunt. Bed. *de loc. ſanct. c.* 16. Illa autem eſt Lauretana Eccleſia, toto orbe terrarum celeberrima. Adi Turſellini Hiſtoriam.

DISPVTATIO X.

De cauſis humanæ Chriſti conceptionis.

1. CVm certum ſit B. V. ita Chriſtum concepiſſe, vt verè, & propriè mater effecta ſit, hinc infertur primò, B.V. cõcepiſſe filium in vtero (non autem in corde, vt quidam dixerunt apud Caiet. *q.* 31. *art.* 5.) iuxta illud Matth. 1. *Inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto.* Secundò concurriſſe in ea conceptione omnia, quæ neceſſaria ſunt ad humanam, ſeu maternam filij generationem, alioqui non fuiſſet vera conceptio.

2. Ad illud: B.V. non miniſtrauit ſemen; ergo non habuit plenum concurſum maternum in ea generatione, &c. & ad ſequelæ proba

p..tionem. nam Gal. *lib.* 1. *de* ..ait fœtum non tantum formatu ſanguine, tamquam ex materia, ſed etiam ex ſemine fœmineo, & virili quoad partes ſolidas, vt ſunt arteriæ, nerui, venę, &c. Reſpondetur: vel ſemen maternum eſt ſimpliciter neceſſarium, ..cum Rich. 3. *d* 4 *art.* 2. *q.* 1. & ..mano *tr. de concept. Chriſti*, ..; B.V. per naturalem facultatem partem ſanguinis in ſemen conuertiſſe, ídque ad debitum locum conceptionis (ſine vllo tamen inordinato concupiſcentiæ, vel voluptatis motu) tranſmiſiſſe. & ..ent huic ſententiæ verba Bedæ .. 4 *in Luc. c.* 49. Hæc tamen ſententia non eſt frequenter in ore ..landa, vt ait D.Bon. 3. *d.* 4. *art.* 2. .1. Vel ſecundum D.Thom. *hic* .31. *art.* 5. *ad* 3 dicitur ſemen in ..c conceptione non concurriſſe (& hæc eſt probabilior, & honeſtior ſententia) nec id repugnat

probationem. nam Gal. *lib.* 1. *de ſem.* ait fœtum non tantùm formari ex ſanguine, tamquam ex materia, ſed etiam ex ſemine fœmineo,& virili quoad partes ſolidiores, vt ſunt arteriæ, nerui, venę, &c. Reſpondetur: vel ſemen maternum eſt ſimpliciter neceſſarium, & ſic cum Rich. 3. *d.* 4 *art.* 2. *q.* 1. & Mantuano *tr. de concept. Chriſti*, dicetur, B.V. per naturalem facultatem partem ſanguinis in ſemen conuertiſſe, ídque ad debitum locum conceptionis (ſine vllo tamen inordinato concupiſcentiæ, vel voluptatis motu) tranſmiſiſſe. & fauent huic ſententiæ verba Bedæ *lib.* 4 *in Luc. c.* 49. Hæc tamen ſententia non eſt frequenter in ore verſanda, vt ait D. Bon. 3. *d.* 4. *art.* 2. *q.* 1. Vel ſecundùm D. Thom. *hic q.* 31. *art.* 5. *ad* 3 dicitur ſemen in hac conceptione non concurriſſe (& hæc eſt probabilior, & honeſtior ſententia) nec id repugnat

Philoſophiæ: nam tum Ariſt. 1. *de gener. anim. c. 20. & 2. c. 4.* in vniuerſum negat fœminam emittere ſemen, aut ex illo formari fœtum: tum etiam quòd licèt fateamur, vt rationes medicæ, & experientia pænè conuincunt, poſſe fœminam conficere ſemen, & illud eſſe poſſe partem materiæ, ex qua formatur fœtus; nihil eſt tamen, quod nos cogat ad dicendum illud eſſe ſimpliciter neceſſarium, quia cùm ex ſanguine fiat ſemen, facile continget, vt fœmina quandoque non emittat ſemen, ſed tantùm ſanguinem miniſtret; virile tamen ſemen ſit adeò efficax, & copioſum, vt per ſe ſolum ſufficiat ad naturalem generationem.

Ad illud: De ſanguine menſtruo (qui cùm videatur corruptus, non debet dici miniſtraſſe B. V. quæ ex puriſſimis ſanguinibus Chri

ſum concepit) reſpondetur guinem propriè tunc dici menum, cùm ad corruptionem ten; & quaſi excrementum, eſt ndus. Itaque hoc ſenſu non atur fœtus ex ſanguine men, ſed ex ſanguine puro, to, vt D. Thom. *hic art. 5.* & Aug. *lib. 83. quæſt. q. 56.* & *lib. 1. de generat. anim. c. 18.* 9. docent. Formatur tamen ex ſanguine, qui niſi formanfœtui deſeruiret, menſtruus At Abul. *in Matth. 1. q. 52.* *Lu. 12. q. 5.* concedit Chriſti pus formatum ex ſanguine inis menſtruo; ſed in hoc lodi modo non eſt imitandus, quoad cauſam materialem is.

Quoad efficientem verò, B. V. Chriſti conceptione non actiuè curriſſe per ſeminis effuſiom, atque adeò nihil efficientiæ buiſſe, ſed ſolam materiam mi-

 niſtraſſe

Chriſtum concepit;) reſpondetur ſanguinem propriè tunc dici menſtruum, cùm ad corruptionem tendens, & quaſi excrementum, eſt expellendus. Itaque hoc ſenſu non formatur fœtus ex ſanguine menſtruo, vt ſic, ſed ex ſanguine puro, & decocto, vt D. Thom. *hic art.* 5. *q.* 3. & Aug. *lib.* 83. *quæſt. q.* 56. & Ariſt. *lib.* 1. *de generat. anim. c.* 18. *&* 19. docent. Formatur tamen ex illomet ſanguine, qui niſi formando fœtui deſeruiret, menſtruus fuiſſet. At Abul. *in Matth.* 1. *q.* 52. *& Leu.* 12. *q.* 5. concedit Chriſti corpus formatum ex ſanguine Virginis menſtruo; ſed in hoc loquendi modo non eſt imitandus. Hæc quoad cauſam materialem prolis.

3. Quoad efficientem verò, B.V. in Chriſti conceptione non actiuè concurriſſe per ſeminis effuſionem, atque adeò nihil efficientiæ tribuiſſe, ſed ſolam materiam mi-

niſtraſſe duntaxat, probabilis eſt opinio,& B.V.puritati congruens, quam tuetur D. Thom. *hic*, *& q. ſeq.art.4.ad* 1.& Thomiſtæ, quorum fundamentum philoſophicum eſt,quia ex Ariſt. *loc.cit.* mater non concurrit actiuè. Nos autem dicimus, quòd licèt ſententiam Galetij *loc.cit. &* 14. *de vſu par.*ſequamur, videlicet fœminas concurrere effectiuè ad generationem prolis, emittendo ſemen debile quidem, & imperfectum,& ideò per ſe inſufficiens, vt ipſum ſolum formet fœtum,coniunctum tamen cum ſemine viri integrum generationis inſtrumentum componens:licèt,inquam, hanc ſequeremur ſententiam, probari tamen poteſt opinio D. Thom. nã quamuis fœmina poſſit tale ſemen præſtare, non inde fit, illud eſſe ſimpliciter neceſſarium ad generationem, vt ſuprà *n.*2.de materiali ſemine dicebamus, quia virtus

... huius ſeminis eiuſdem ra... eſt cum ſemine virili,& ... concurrunt, vt partes vnius ... integri: ideo poſſet tam ..., & copioſum eſſe ſemen ..., vt etiamſi maternum non ... (ſi tamen miniſtretur ſuffi... materia) illud ſolum ſuffi... ad efficiendam conceptio... ...atet ſequela, quia vis acti... ... complectur ex quantitate, ... partibus integralibus eiuſdem ...is, ablata vna parte, poteſt ... ſimilem ſuppleri. Con... ... nam ſemen fœminæ d... debile, vnde fit, vt eius vis ... ſuppleri poſſit per augmen... ſeminis virilis. Hinc patet, ...is detur Galeno, matrem ... concurrere actiuè, tamen ... non eſſe de ratione matris, vt ...: & ita non oportuiſſe B.V. ha... hanc efficientiam, tum quia ... perfectam matris rationem ſa... ...eſt, quòd ea omnia præſtiterit

qua

actiua huius ſeminis eiuſdem rationis eſt cum ſemine virili,& inuicem concurrunt,vt partes vnius agentis integri : ideo poſſet tam efficax, & copioſum eſſe ſemen virile, vt etiamſi maternum non adſit (ſi tamen miniſtretur ſufficiens materia) illud ſolum ſufficiat ad efficiendam conceptionem.Patet ſequela , quia vis actiua, quæ completur ex quantitate, ſeu partibus integralibus eiuſdem rationis ,ablata vna parte , poteſt per aliam ſimilem ſuppleri. Confirmatur. nam ſemen fœminæ dicitur debile , vnde fit , vt eius vis facilè ſuppleri poſſit per augmentum ſeminis virilis. Hinc patet, quamuis detur Galeno , matrem poſſe concurrere actiuè , tamen hoc non eſſe de ratione matris, vt ſic : & ita non oportuiſſe B.V. habuiſſe hanc efficientiam, tum quia ad perfectam matris rationem ſatis eſt, quòd ea omnia præſtiterit,

quæ ad veram generationem humanam intrinſecè neceſſaria ſunt: tum etiam, quia ſi quid fortaſſe illi defuit de actiuitate ſeminis, tamen in miniſtratione materiæ alias matres exceſſit; aliorum enim filiorum corpora partim ex virili ſemine, partim ex ſanguine matris materialiter formantur: corporis autem Chriſti materia ex ſola matre ſumpta eſt. Ad illud verò argumentum, quod ſuprà poſuimus, & D. Thom. affert *q.* 35. *art.* 3. quòd miniſtratio ſolius materiæ abſq; actiua efficientia non ſufficit ad rationem maternitatis, alioquin ligni diceretur mater vermis; reſpondetur miniſtrationem materiæ, quæ requiritur ad rationem matris, eſſe eam, quæ fit vitali modo, per naturalem ſcilicet facultatem vteri attrahentis ex venis ſanguinem formando fœtui conuenientem. Vide Suar. *ſect.* 1. *diſp.* 10. quæ congregatio ſangui

ſanguinis ad Chriſti conceptionem neceſſaria, facta fuit in tempore, licet ipſa corporis formatio, quæ huiuſmodi congregationem conſequitur, facta fuerit in inſtanti, vt infrà dicemus *diſp.* 11.

4 Chriſtum potuiſſe ex viro concipi, aliqui cenſent, etiam de abſoluta potentia, impoſſibile, quia generatio actiua non terminatur ad humanitatem, ſed ad perſonam; ergo actio virilis ſeminis terminatur ad eſſe perſonale hominis. ergo implicat hominem iſtum generari per actionem virilis ſeminis; ita enim illa ſeminis actio terminaretur ad eſſe perſonale talis hominis, id eſt, Dei atque adeò ex vi illius actionis fieret vnio hypoſtatica, quod eſt abſurdum. At oppoſita ſententia (v Suar. ait) nedum eſt probabilior ſed etiam adeò certa, vt prior no poſſit defendi. Probatur. nam no implicat contradictionem; er

ſanguinis ad Chriſti conceptionem neceſſaria, facta fuit in tempore; licèt ipſa corporis formatio, quæ huiuſmodi congregationem conſequitur, facta fuerit in inſtanti, vt infrà dicemus *diſp.* 11.

4. Chriſtum potuiſſe ex viro concipi, aliqui cenſent, etiam de abſoluta potentia, impoſſibile; quia generatio actiua non terminatur ad humanitatem, ſed ad perſonam; ergo actio virilis ſeminis terminatur ad eſſe perſonale hominis. ergo implicat hominem Deum generari per actionem virilis ſeminis; ita enim illa ſeminis actio terminaretur ad eſſe perſonale talis hominis, id eſt, Dei, atque adeò ex vi illius actionis fieret vnio hypoſtatica, quod eſt abſurdum. At oppoſita ſententia (vt Suar. ait) nedum eſt probabilior, ſed etiam adeò certa, vt prior non poſſit defendi. Probatur. nam non implicat contradictionem; ergo,

&c. Præterea Deus poteſt aſſumere in vnitatem perſonæ naturam hominis geniti ab alio homine; ergo & eandem in primo inſtanti, quo perficitur generatio. Præterea de facto duplex fuit actio Spiritus ſancti, altera quidem ipſa conceptio actiua, altera vnitio hypoſtatica. Per priorem ſuppleuit efficaciam virilis ſeminis, & id effecit, quod homo effecturus erat (licèt altiori modo, quo & poſſet purum hominem formare:) ergo id totum efficientiæ committere potuiſſet homini, & virili ſemini.

Ad argumentum reſpondetur, quòd ſicut homo generat hominem ſubſiſtentem, & re vera eius actio vltimò terminatur ad ſuppoſitum, quia vnit inter ſe animam, & corpus ſubſiſtentia, quamuis illas partiales ſubſiſtentias non effecerit; ita, &c. Ratio eſt, quia actio virilis ſeminis verſatur proximè circa naturam, vniendo partes,

res, ex quibus componitur, ex qua compoſitione reſultat ſuppoſitum. Sic etiam verè Iudæi dicuntur occidiſſe Deum, quia diſiunxerunt animam à corpore, licèt effectiuè non attingerent ſeparationem Deitatis ab homine.

DISPVTATIO XI.

De modo Chriſti formationis, & conceptionis.

1. CONgregatio ſanguinis ad Chriſti conceptionem neceſſaria facta fuit in tempore per actionem vitalem vteri virginei. D.Thom. *quæſt.* 33.

2. Formatio, & conceptio corporis Chriſti ex illa ſanguinis materia facta fuit in inſtanti. [illegible] Eccleſia, & Patres omnes. elicit[illegible] ex Matth. 1. *Quod in ea natum* [illegible] non ait conceptum, ſed *natum* [illegible]

tes, ex quibus componitur, ex qua compoſitione reſultat ſuppoſitum. Sic etiam verè Iudæi dicuntur occidiſſe Deum, quia diſiunxerunt animam à corpore, licèt effectiuè nõ attingerent ſeparationem Deitatis ab homine.

DISPVTATIO XI.

De modo Chriſti formationis, & conceptionis.

1. Congregatio ſanguinis ad Chriſti conceptionem neceſſaria facta fuit in tempore per actionem vitalem vteri virginei. D.Thom.*quæſt.*33.

2. Formatio, & conceptio corporis Chriſti ex illa ſanguinis materia facta fuit in inſtanti. Ita Eccleſia, & Patres omnes. elicitur ex Matth.1. *Quod in ea natum eſt*, non ait conceptum, ſed *natum*, id

eſt,

eſt, perfectè formatum. Itaque ſanguis B.V. immediatè tranſiuit à forma ſanguinis ad ſuſcipiendam animam rationalem Chriſti. Dices implicare, quòd huiuſmodi formatio, cùm contineat motum localem, facta ſit in inſtanti. Reſpondetur Deum miraculo effeciſſe, vt partes ſanguinis congregatæ mutarent ſua loca ſine tranſitu per medium, atque adeò in inſtanti, & abſque motu locali ſucceſſiuo.

3. Formatum fuit in minima quadam quantitate, non quidem monſtroſa, & præternaturali, vt quidam dixerunt, ſed in minima, quæ tali corpori poterat eſſe naturalis.

4. Cur potius aſſerit D.Thom. momentaneam formationem corporis, quàm momentaneam congregationem ſanguinis, quæ præcedit huiuſmodi formationem? Reſpondetur, illud neceſſariò factum

[illegible] in inſtanti, vt tota conceptio [illegible] ad Deum: at hoc [illegible] in tempore, vt B.V. [illegible] efficere vitaliter miniſtra[illegible] ſanguinis, in qua vitali [illegible] D.Thom. ſaluat ra[illegible] maternitatis, vt ſuprà [illegible] diſp. 10. dictum eſt.

DISPVTATIO XII.

[illegible] relationibus inter Chriſtum, & B. Virginem.

[illegible] in B.V. ſit relatio realis matris ad filium.

RESponſio affirmatiua eſt quidem certa, & à nemine [illegible]gata: ſi quis autem eam negaret eo, quòd neget dari relationes reales, ſed appellari dicat rea[illegible] matrem tantùm à munere

gene

ctum in inſtanti, vt tota conceptio terminaretur ad Deum : at hoc neceſſariò in tempore, vt B. V. poſſet efficere vitaliter miniſtrationem ſanguinis, in qua vitali miniſtratione D. Thom. ſaluat rationem maternitatis, vt ſuprà *ſect.2.diſp.*10. dictum eſt.

DISPVTATIO XII.

De relationibus inter Chriſtum, & B. Virginem.

Vtrùm in B. V. ſit relatio realis matris ad filium.

1. Reſponſio affirmatiua eſt quidem certa, & à nemine negata : ſi quis autem eam negaret ex eo, quòd neget dari relationes reales, ſed appellari dicat realiter matrem tantùm à munere gene

generandi, nihil vtique contra fidem aſſereret.

2. Relatio hæc in B. V. eſt eiuſdem rationis, & ſpeciei cum relationibus aliarum matrum. Patet, quia Chriſtus eſt naturalis filius hominis; ergo B. V. eſt naturalis mater Chriſti; ergo relatio matris eſt naturalis; ergo eiuſdem ſpeciei. Antecedens eſt D.Thom. *hic art.*3.primum conſequens eſt eiuſdem *q.*33. *art.*4.

3. Hæc propoſitio, B.V. miraculosè concepit, propria eſt; quia conceptio includit modum, & habitudinem ad cauſam efficientem. Hæc autem: B.V. eſt, vel fuit mater miraculoſa, & ſupernaturalis, dici non poteſt, quia mater vocatur à relatione, in qua propriè nihil eſt ſupernaturale. Bonauent. autem 3. *d.* 4. *art.vlt. q.* 2. & quidam alij hoc pacto loquentes piè interpretandi ſunt, quòd in Chriſti conceptu multa fuêre miracula.

*Vide diſput.*11. *num.*2. *&* 3.

4. Dices: Ergo non poteſt B.V. [illegible] mater Dei, ſed ſolum Chriſti, [illegible] hominis, quia relatio [illegible] reſpicit ſuum terminum, [illegible] talis eſt. Reſpondetur [illegible] ſequelam, quia relatio [illegible], & quaſi materialiter [illegible] etiam ſubiectum termini, ſeu ſuppoſitum ſui primarij [illegible]: vt homo albus primario [illegible] ſimilis rei albæ, vt [illegible], [illegible] autem dicitur ſimilis Petro, qui eſt ſuppoſitum illius [illegible]. Ita, &c.

[illegible]trùm in Chriſto ſit relatio realis, & creata filij ad matrem.

1. Opinio Henr. *quol.* 4. *q.* 3. eſſe in Chriſto relationem realem, ſed increatam, falſa [illegible] eſt enim relatio creata. Probo: Generatio æterna, & temporalis ſunt

la. Vide *diſput.* 11. *num.* 2. & 3.

4. Dices: Ergo non poteſt B. V. dici mater Dei, ſed ſolùm Chriſti, aut huius hominis, quia relatio ſolùm reſpicit ſuum terminum, quatenus talis eſt. Reſpondetur negando ſequelam, quia relatio conſequenter, & quaſi materialiter reſpicit etiam ſubiectum remotum, ſeu ſuppoſitum ſui primarij termini: vt homo albus primariò dicitur ſimilis rei albæ, vt ſic; conſequenter autem dicitur ſimilis Petro, qui eſt ſuppoſitum illius albedinis. Ita, &c.

Vtrùm in Chriſto ſit relatio realis, & creata filij ad matrem.

1. Opinio Henr. *quol.* 4. *q.* 5. eſſe in Chriſto relationem realem, ſed increatam, falſa eſt: eſt enim relatio creata. Probo: Generatio æterna, & temporalis

ſunt

ſunt omnino diuerſæ rationis, & ſolùm analogicè conueniunt; ergo & relationes filiationis ſunt omnino diuerſæ. Patet ſequela, quia relationes ſequuntur fundamenta, &c. explicatur manifeſtè hæc ratio: ſi Spiritus ſanctus eſſet filius Virginis (vt verè eſſet, ſi aſſumpſiſſet carnem) de illo tamen nec veriſimiliter cogitari poſſet referri ad matrem per increatam relationem proceſſionis, quia eſt alterius ordinis. Ita, &c. quia filiatio Verbi increata eſt alterius ordinis.

2. Probabilior eſt opinio *Scot. 3. d. 8. quæſt. vnic.* & aliorum, in Christo, vt homine, eſſe relationem realem & temporalem ad B. V. quam D. Thom. qui ait referri ad matrem ſola relatione rationis temporali. Probo: relatio matris in B. V. eſt realis, & per eam refertur ad filium Chriſtum, vt à ſe cauſatum; ergo relatio cauſati,

quæ

...ſpondet in Chriſto, eſt re-
...ſationis, atque adeò realis.
...ſequela: nam in his relatio-
...manis, vel terminus vaius,
...relatio, (vt aliqui volunt)
...ita opus eſt vtramque eſſe
..., quia non poteſt relatio
...ſuo formali termino. Aut
...ſi formalis terminus eſt ali-
...ſolutum) illud eſt proxi-
...biecto, ſeu fundamentum
...relationis, vt in relatione
...dinis formalis terminus
...altera ſimilitudo realis, aut
...eſt albedo, in qua fundatur:
...minus formalis relationis
...s eſt humanitas; ergo illa
... erit ſufficiens ſubiectum,
...tio recipiendi relationem ad
..., &c. Minor explicatur:
...illa humanitas eſt capax re-
...um realium ſimilitudinis,
...litatis, &c. quarum funda-
...ta poſſunt ineſſe ipſi humani-
...; ergo ſimiliter erit capax rela-

tionis

quæ reſpondet in Chriſto, eſt relatio filiationis, atque adeò realis. Patet ſequela: nam in his relationibus mutuis, vel terminus vnius, eſt *alia* relatio, (vt aliqui volunt) atque ita opus eſt vtramque eſſe realem, quia non poteſt relatio eſſe ſine ſuo formali termino. Aut certè (ſi formalis terminus eſt aliquid abſolutum) illud eſt proximum ſubiecto, ſeu fundamentum oppoſitæ relationis, vt in relatione ſimilitudinis formalis terminus aut eſt altera ſimilitudo realis, aut ſaltem eſt albedo, in qua fundatur: ſed terminus formalis relationis matris eſt humanitas; ergo illa etiam erit ſufficiens ſubiectum, ſeu ratio recipiendi relationem ad matrem, &c. Minor explicatur: nam illa humanitas eſt capax relationum realium ſimilitudinis, æqualitatis, &c. quarum fundamenta poſſunt ineſſe ipſi humanitati; ergo ſimiliter erit capax rela-

tionis realis filiationis, ex eo quòd fundamentum eius ineſt ipſi, nempe paſſio, ſeu generatio, & natiuitas, &c. Hoc habito, nempe humanitatem eſſe ſufficiens ſubiectum, ſeu rationem recipiendi relationem realem ad matrem, ſequitur perſpicuè relationem huiuſmodi realis filiationis denominare hunc hominem Chriſtum, & non naturam. Probo: nam relatio eum propriè denominat, quem denominat eius fundamentum, vt inductione patet; ille enim verè dicitur pater, qui dicitur generare, &c. Confirmatur ex aliis relationibus Chriſti, quæ non negantur eſſe reales; dicitur enim Chriſtus ſimilis, vel diſſimilis, æqualis, &c. quamuis hæ relationes in ſola humanitate inhæreant. Dices: quamuis hæ relationes denominent ſuppoſitum, vel hunc hominem, poſſunt tamen denominare naturam, vel partes eius; poteſt enim humanitas

manitas dici ſimilis, vel corpus æquale: at verò hæc relatio non poteſt denominare naturam; non enim dicitur propriè cauſata, aut producta humanitas, ſed concauſata, aut comproducta. Reſpondetur ſatis eſſe, ſi ſit ſimilitudo in hac ſolùm ex aliis relationibus, nempe, quòd inhærendo naturæ poſſunt denominare perſonam. Præterea Chriſtus dicitur realiter operans, vel amans, & tamen operatio, & amicitia ineſt naturæ, & tamen non denominat operantem, ſed perſonam; ergo ſaltem in iis talibus relationibus eſt aptum exemplum.

Quamuis in Chriſto ſit duplex relatio realis filiationis, non tamen Chriſtus eſt duo filij, ſed vnus tantùm. Probo, quia ad multiplicationem illius concreti (filij) ſiue adiectiuè, ſiue ſubſtantiuè ſumatur, non ſufficit multiplicatio formæ, ſine ſuppoſitorum multitu-

manitas dici ſimilis, vel corpus æquale: at verò hæc relatio non poteſt denominare naturam; non enim dicitur propriè cauſata, aut producta humanitas, ſed concauſata, aut comproducta. Reſpondetur ſatis eſſe, ſi ſit ſimilitudo in hoc ſolùm ex aliis relationibus, nempe, quòd inhærendo naturæ poſſunt denominare perſonam. Præterea Chriſtus dicitur realiter operans, vel amans, & tamen operatio, & amicitia ineſt naturæ, & eam non denominat operantem, ſed perſonam; ergo ſaltem in iis realibus relationibus eſt aptum exemplum.

3. Quamuis in Chriſto ſit duplex relatio realis filiationis, non tamen Chriſtus eſt duo filij, ſed vnus tantùm. Probo, quia ad multiplicationem illius concreti (filij) ſiue adiectiuè, ſiue ſubſtantiuè ſumatur, non ſufficit multiplicatio formæ, ſine ſuppoſitorum multitu-

 dine:

dine:qua de cauſa licèt in Chriſto ſint multæ operationes, vel natiuitates, vel artes, vel ſcientiæ: non ſunt plures operantes, &c. Sed vnus operans, vnus natus, &c.

4. Relatio filiationis in Chriſto, & maternitatis in Virgine æquè completa eſt, & perfecta, ſicut inter alios homines. Probo: nam ſi res attentè conſideretur, nihil minus habet Chriſtus à matre, quàm quilibet alius filius; ſubſiſtentia enim creata, quæ eſt in aliis filiis, ſecundùm ſe non fit à matre, ſed ſupponuntur partiales ſubſiſtentiæ in corpore, & anima, ex quibus facta vnione formæ cum materia abſque noua matris cauſalitate, reſultat integra ſubſiſtentia, ita vt impoſſibile ſit matri illam impedire: tota autem actio, ſeu cauſalitas matris verſatur circa materiam miniſtrandam, vel diſponendam, & forma coniungendam; hoc autem totum præſti-

tit B.V. ergo, &c. Tamen oppoſitum probabiliter aiunt multi, eo quòd cæteri homines habent à matribus humanitatem, & ſubſiſtentiam, atque adeò ſuppoſitum: at Chriſtus ſolam habuit à B.V. humanitatem, non autem & ſuppoſitum.

5. Si autem quæras, vtrùm perſeuerent nunc in Chriſto, & B.Virgine mutuæ relationes matris, & filij. Reſpondeo; non obſtat mors Chriſti, & reſurrectio, quin ex eo fundamento, quòd Chriſtus fuit ſemel genitus ex Virgine, hæ relationes ſemper reſultent. Vnde ſicut duæ albedines, quæ nunc ſunt ſimiles, retinent eaſdem numero relationes, ſiue perpetuò durent, ſiue aliquando corruptæ iterum producantur; ita, &c. Vnde non eſt, cur dicamus de ratione filiationis eſſe, vt ſubiectum eius proxima, ſeu vltima productione habuerit eſſe per generationem ex matre.

tit B.V.ergo, &c. Tamen oppoſitum probabiliter aiunt multi, eo quòd cæteri homines habent à matribus humanitatem, & ſubſiſtentiam, atque adeò ſuppoſitum: at Chriſtus ſolam habuit à B.V. humanitatem, non autem & ſuppoſitum.

5. Si autem quæras, vtrùm perſeuerent nunc in Chriſto, & B.Virgine mutuæ relationes matris, & filij. Reſpondeo; non obſtat mors Chriſti, & reſurrectio, quin ex eo fundamento, quòd Chriſtus fuit ſemel genitus ex Virgine, hæ relationes ſemper reſultent. Vnde ſicut duæ albedines, quæ nunc ſunt ſimiles, retinent eaſdem numero relationes, ſiue perpetuò durent, ſiue aliquando corruptæ iterum producantur; ita, &c. Vnde non eſt, cur dicamus de ratione filiationis eſſe, vt ſubiectum eius proxima, ſeu vltima productione habuerit eſſe per generationem ex matre.

Hæc quoad phyſicam rationem relationis, vt ſic.

6. Quoad moralem verò matris dignitatem (de qua ſuprà *diſp.*1. *ſect.*2.) certiſſimum eſt eam perſeuerare in B.V. imò nunquam fuiſſe diminutam etiam in triduo mortis Chriſti; quia licèt tunc non eſſet hic homo, quem B.V. genuerat, verè tamen erat ille, quem genuit virgo, habens vnitas ſibi partes illius humanitatis, quas ex Virgine accepit, quod ſatis eſt ad moralem matris dignitatem.

DISPVTATIO XIII.

De Natiuitate Chriſti extra vterum.

1. GOffredi ſententia *quol.*7. *q.*6. Chriſtum non fuiſſe natum tranſeundo per medium, ſed ab extremo ad extremum immediatè

mediatè tranſiliendo, eſt falſa, & ad hæreſim accedit. Naz. *ep.*3. *ad Cledon.* Chriſtum Dominum, ait diuino modo genitum eſſe, quia ſine opera viri; & humano modo, quia iuxta pariendi conſuetudinem: Goffredo tamen illud facilius viſum eſt, quàm interiacentia corpora penetrari abſque ruptione. An autem id aſſeri poſſit in Chriſti ingreſſu ianuis clauſis, vide infrà *diſp.*48.*n.*8.

2. Hinc ſequitur B.V. non merè paſſiuè, ſed aliquo modo agendo, & quaſi impellendo concurriſſe ad fœtum emittendum. Probatur: nam id pertinet ad verum partum: vnde Eccleſia, *Enixa eſt puerpera regem*; ſine vllo tamen labore, & violentia, aut dolore. Nonius in voce *enixa*: *Enixa dicuntur fœminæ nitendi*, hoc eſt, *conandi labore perfunctæ*: in Beata autem Virgine nixus fuit ſuauis abſque labore. Naz. Nyſſ. Aug. Dam. &c. & ratio

 eſt,

mediatè tranſiliendo, eſt falſa,& ad hæreſim accedit. Naz. *ep.*3. *ad Cledon.* Chriſtum Dominum, ait diuino modo genitum eſſe, quia ſine opera viri; & humano modo, quia iuxta pariendi conſuetudinem: Goffredo tamen illud facilius viſum eſt, quàm interiacentia corpora penetrari abſque ruptione. An autem id aſſeri poſſit in Chriſti ingreſſu ianuis clauſis, vide infrà *diſp.*48.*n.*8.

2. Hinc ſequitur B.V. non merè paſſiuè, ſed aliquo modo agendo, & quaſi impellendo concurriſſe ad fœtum emittendum. Probatur: nam id pertinet ad verum partum: vnde Eccleſia, *Enixa eſt puerpera regem*; ſine vllo tamen labore, & violentia, aut dolore. Nonius in voce *enixa*: *Enixa dicuntur fœminæ, nitendi*, hoc eſt, *conandi labore perfunctæ*: in Beata autem Virgine nixus fuit ſuauis abſque labore. Naz. Nyſſ. Aug. Dam. &c. & ratio

eſt,quam affert D.Thom.quia dolor oritur ex diuiſione,aut violenta compreſſione, aut relaxatione partium: at nihil horum paſſa eſt B.V. vt ſuprà oſtendimus *diſp.* 5. *ſect.*2.

3 In Chriſti natiuitate B.V.non emiſit ſecundinas,id eſt,membranam illam, intra quam fœtus in vtero concluditur, & ex ea ſanguinem in nutrimentum haurit. Synod. Trull.*can.*79. *Abſque vllis ſecundinis Virginis partum eſſe confitentes.* Quæ concluſio ferè eſſet de fide (Synodus enim illa approbata fuit in ſeptima Synodo, & in Florent.) niſi Iouer. in ſuis ſanctionibus aliter verteret, nempe, *abſque vllo dolore.* Vide Græc. tex. Id autem miraculosè accidit, naturaliter enim fieri nequit, vt patet ex Gal. *lib. de format.fœt.* Piè verò ſentiunt Caiet.& quidam alij miniſterio Angelorum puerum fuiſſe ſuſceptum, & in manibus B.V.

B.V.repoſitum. Suar. *diſp.*45.*ſect.* 2.§.5.

DISPVTATIO XIV.

De manifeſtationibus Natiuitatis Chriſti.

1. EÆ ad quatuor reducuntur à D.Thoma 3.*p.* q.36. Prima facta eſt Mariæ, & Ioſepho, quam attigit *art.* 2. *ad* 2. de qua nihil aliud dicit, niſi eam eſſe factam ante natiuitatem Chriſti: quia ad eos ſpectabat reuerentiam exhibere proli conceptæ in vtero, & etiam obſequi naſcituræ. Hinc colligo primò indubitatum eſſe, eos habuiſſe reuelationem de diuinitate, & dignitate Chriſti naſcituri, & de modo etiam naſcendi,ſalua matris integritate, & virginitate;quamquam hoc poſterius non tam ſit certum ſicut prius

B.V. repoſitum. Suar. *diſp.*45.*ſect.* 2. §.5.

DISPVTATIO XIV.

De manifeſtationibus Natiuitatis Chriſti.

1. EÆ ad quatuor reducuntur à D. Thoma 3.*p.* *q.*36. Prima facta eſt Mariæ, & Ioſepho, quam attigit *art.* 2. *ad* 2. de qua nihil aliud dicit, niſi eam eſſe factam ante natiuitatem Chriſti: quia ad eos ſpectabat reuerentiam exhibere proli conceptæ in vtero, & etiam obſequi naſcituræ. Hinc colligo primò indubitatum eſſe, eos habuiſſe reuelationem de diuinitate, & dignitate Chriſti naſcituri, & de modo etiam naſcendi, ſalua matris integritate, & virginitate; quamquam hoc poſterius non tam ſit certum ſicut prius,

quòd in Euangelio expreſſiùs habetur. Secundò. An verò circumſtantiæ natiuitatis, ſcilicet locus, tempus, &c. reuelatæ eis fuerint ante Chriſti ortum, incertum eſt; piè tamen credi poteſt. Nam ratio D.Thomæ hoc etiam probabiliter ſuadet.

2. Secunda manifeſtatio facta eſt Paſtoribus: tertia Magis: quarta Simeoni, & Annæ. Sed nihil occurrit differendum, niſi circa manifeſtationem. De qua dico primò eos fuiſſe non adeò multos, vt gloſſa cenſet, ſed tres ſolummodo. Leo *ſerm.* 1. *&* 4. *de Epiph.* Aug. Rupert Anſelm. Beda *in collect.* vbi etiam eorum nomina, vultúſque deſcribit. Dico ſecundò non fuiſſe maleficos, (vt Aug. *ſerm.* 2. Orig. *lib.* 1. *con. Celſum*, *&* *homil.* 13. *in Num.* Baſil. *de humana Chriſti generatione*, Iuſtin. *con. Tryph.* Ignat. *ep.* 14. *ad Epheſ.* & D.Thom. *art.* 3. *ad* 2.) ſed ſapientes Aſtrologos. Ita expreſsè

expreſsè Auctor Imperf. *hom.* 2. & Anſel. *in Matth.* 2. dicens: *Non maleſici, ſed ſapientes Aſtrologi fuerunt.* Item Rupert. & Leo PP. *ſer.* 4. Iſid. *de paſſ. Domini c.* 14. *&* 8. *Etymol. c.* 9. Hieron. *in Dan.* 2. *&* *Iſa.* 47. & certè cùm nomen Magorum quandoque in bonam partem ſumatur, non eſt cur propter ſolum Magorum nomen eos maleficos iudicemus: qui enim non probatur malus, bonus præſumi debet; maximè cùm Hieron. *tom.* 9. *in reg. monach. cap. de abſtinentia Philoſophorum*, referat apud Perſas tria fuiſſe genera Magorum, & quoſdam eorum fuiſſe doctiſſimos, & eloquentiſſimos, qui præter farinam, & oleum nihil aliud in cibum ſumebant. Veriſimile eſt igitur ex horum genere hos fuiſſe.

3. Quòd Reges fuerint, licèt incertum ſit, complures tamen affirmant, vt Auctor *de mirab. S. Script. lib.* 3. *c.* 4. *&* *ſerm.* 43. *ad fratres*

expreſsè Auctor Imperf. *hom.*2. & Anſel.*in Matth.*2.dicens:*Non malefici, ſed ſapientes Aſtrologi fuerunt.*Item Rupert.& Leo PP.*ſer.*4. Iſid.*de paſſ.Domini c.*14. *&* 8.*Etymol.c.*9. Hieron. *in Dan.*2. *& Iſa.* 47.& certè cùm nomen Magorum quandoque in bonam partem ſumatur, non eſt cur propter ſolum Magorum nomen eos maleficos iudicemus:qui enim non probatur malus, bonus præſumi debet; maximè cùm Hieron. *tom.* 9. *in reg. monach. cap. de abſtinentia Philoſophorum*, referat apud Perſas tria fuiſſe genera Magorum, & quoſdam eorum fuiſſe doctiſſimos, & eloquentiſſimos, qui præter farinam, & oleum nihil aliud in cibum ſumebant. Veriſimile eſt igitur ex horum genere hos fuiſſe.

3. Quòd Reges fuerint, licèt incertum ſit,complures tamen affirmant, vt Auctor *de mirab. S. Script.lib.*3.*c.*4. *& ſerm.*43. *ad fratres.*

tres in Eremo. Iſidor. *de paſſ. Domini c.*15. & idem indicat Tertull. *lib.*3. *cont.Iud.c.*9. firmatúrque ex illo Cic. dicto *lib.* [illegible] *tin.* & Plinij *lib.*30.*c.*1. Magos reges habuiſſe Perſas, ídque apertè aſſerunt Theoph. *Matth.*2. & Anſel. *ibi*, atque Arnoldus Carnoten. *opuſc. de laud. Virg.* Denique Suar. *hic* reſpondet obiectionibus Ianſenij negantis.

3. Ex longinqua Magos plaga veniſſe, quod aiunt Chryſoſt. *hom.* 6. *in Matth.* Ambr. *lib.*2. *in Luc.* & ſæpe Leo PP. probabilius eſt, quàm quod ex vicina; quod tamen intelligi poſſe, ait D. Thom. *art.* 3. *ad* 3. & dubium reliquit. Verùm congruentius eſt Chriſti potentiam potius ex remotis, quàm ex vicinis regionibus Magos ad ſe adorandum adduxiſſe.

4. Eáque orientali, id eſt, non ſolùm reſpectiuè ad Hieruſalem (hoc quippe modo Roma reſpectu Hiſpa-

niæ Orientalis dici poteſt,) ſed etiam ſimpliciter in Oriente ſita. Nam Magi ipſi dicunt, *Vidimus ſtellam eius in Oriente.*

5. Quænam fuerit, incertum eſt. Quidam ex Perſide: fortaſſe, quia ea regio, vt ex Plin. & Cic. diximus, Reges habebat Magos. Ita Baſ. *loco citato.* Iuuencus *lib.*2. *hiſt. Euang.* Chryſoſt. Theophyl. & Euthym. *in Matth.* Cùm vero Chryſoſt. ait eos ex Septentrione veniſſe, intelligi poteſt, diuertiſſe ex Oriente ad Septétrionem. Hieron. tamen *in Mich.*5. docet Perſidem eſſe Occidentalem reſpectu Hieruſalem. Alij ex Meſopotamia, ſiue Chaldæa, tum quòd Magi in Chaldæa floruerunt maximè, tum etiam quòd Balaam, cuius ſucceſſores Magi fuiſſe dicuntur, Chaldæus fuit. Ita Orig. *hom.*13 *in Num. ad fin.* Hieron. *Iſa.* 47. & *Dan.*2. Ambroſ. *lib.*2. *in Luc. c. de Magis.* Theodorus, Anſel. Lyran.

ora

Hiſpaniæ Orientalis dici poteſt;) ſed etiam ſimpliciter in Oriente ſita. Nam Magi ipſi dicunt, *Vidimus ſtellam eius in Oriente.*

5. Quænam fuerit, incertum eſt. Quidam ex Perſide: fortaſſe, quia ea regio, vt ex Plin. & Cic. diximus, Reges habebat Magos. Ita Baſ. *loco citato.* Iuuencus *lib. 2. hiſt. Euang.* Chryſoſt. Theophyl. & Euthym. *in Matth.* Cùm verò Chryſoſt. ait eos ex Septentrione veniſſe, intelligi poteſt, diuertiſſe ex Oriente ad Septẽtrionem. Hieron. tamen *in Mich. 5.* docet Perſidem eſſe Occidentalem reſpectu Hieruſalem. Alij ex Meſopotamia, ſiue Chaldæa, tum quòd Magi in Chaldæa floruerunt maximè, tum etiam quòd Balaam, cuius ſucceſſores Magi fuiſſe dicuntur, Chaldæus fuit. Ita Orig. *hom. 13. in Num. ad fin.* Hieron. *Iſa. 47. & Dan. 2.* Ambroſ. *lib. 2. in Luc. c. de Magis.* Theodorus, Anſel. Lyran.

orat.de Natiu.Chriſti, & Ianſenius denique *concord. c.9.* Alij demum ex Arabia Felice,quibus fauet Eccleſia in hoc Feſtum adducens illud Pſal.71.*Reges Arabum, & Saba*,&c.nam & Sabæos Arabes facit Plin. *lib.6.c.28. & 12.c.14.* Sunt verò in hac ſententia Iuſt *dial. cum Trypho.* Tert.3. *contra Marc. c.13.* Cyprian.*de ſtella , & Magis*, Cyr.Alex.4.*in Iſa. orat.* 4. Inſuper notanter docet Iuſtinus , Damaſcũ, de qua Iſai.8. *Priuſquam puer ſciat* , &c. *auferetur fortitudo Damaſci* , ſitam eſſe in terra Arabica, quamuis nunc Syro Phenici attribuatur. Cyrillus autem tradit interdum Perſidem Arabiam nominari, & è conuerſo : legítque apud Iſai. 49. *& iſti de terra Perſarum*, vbi Vulg. habet , *de terra auſtrali.* Idque ſibi fortè voluit Iſid.*loc.cit.* inquiens , Magos veniſſe de terra Perſarum,& de Arabia,& Saba. Et hoc modo Patres in prima ſententia

tentia citati ad hanc reduci poſſent. Firmatúrque , eò quòd Arabia Felix ferax eſt auri. Pſal. 71. *Dabitur ei de auro Arabiæ.* Ferax aromatum,vt Myrrhæ,thuris, &c. vnde 3.*Reg.*10. Regina Saba , magnam vim auri , & aromatum Salomoni attuliſſe legitur. Imo Plin. 12.14.regionem Saba, *thuriferam* vocat , & ſolam ferè Arabiam eſſe thuris feracem , ídque ſignificat Tertull.*Apol.c.*42. & *c.*30. Denique illud Balaami huic potiùs fauet ſententiæ : nam, vt notat Hieronymus , Moab prouincia eſt in Arabia:Balaam autem licèt oriundus fuerit ex Chaldæa , & Meſopotamia, tamen id oraculum protulit in Moab , illuc vocatus à Balac, vt conſtat *Num.*23. Nec obſtant verba illa : *Coram illo procident Æthiopes,& Reges Tharſis, & inſulæ*,&c.nam Tharſis ſæpe ſignificat mare,vt docet Hieron. 3.*tom.* ep.133.& *Iſa.*2.& vniuersè dicendum

tentia citati ad hanc reduci poſſent. Firmatúrque, eò quòd Arabia Felix ferax eſt auri. Pſal. 71. *Dabitur ei de auro Arabiæ.* Ferax aromatum, vt Myrrhæ, thuris, &c. vnde 3. *Reg.* 10. Regina Saba, magnam vim auri, & aromatum Salomoni attuliſſe legitur. Imò Plin. 12.14. regionem Saba, *thuriferam* vocat, & ſolam ferè Arabiam eſſe thuris feracem, ídque ſignificat Tertull. *Apol. c.* 42. *& c.* 30. Denique illud Balaami huic potiùs fauet ſententiæ: nam, vt notat Hieronymus, Moab prouincia eſt in Arabia: Balaam autem licèt oriundus fuerit ex Chaldæa, & Meſopotamia, tamen id oraculum protulit in Moab, illuc vocatus à Balac, vt conſtat *Num.* 23. Nec obſtant verba illa: *Coram illo procident Æthiopes, & Reges Tharſis, & inſulæ,* &c. nam Tharſis ſæpe ſignificat mare, vt docet Hieron. 3. *tom. ep.* 133. *& Iſa.* 2. & vniuersè dicen-

dum

dum eſt non omnia ad Magos oportere applicare ; quia non omnia ſtâtim impleta ſunt Chriſto naſcente , ſed pleraque deinceps implebuntur.

6. In Præſepe inuentus , & adoratus eſt Chriſtus à Magis , Hieron. *epiſt.* 18. & 27. Chryſoſtom. Nyſſ. Cyprian. Th. Ancyr. & Euthym. *in Matth.* 2. qui notanter ait : *Tugurium hîc Matthæus domum appellat , quod Lucas diuerſorium dixit*; quaſi innuat,in diuerſorij ſtabulo Mariam peperiſſe. Ita Aug. Niceph. Anſelm. Albinus, Ammonius.

7. Eodem anno, atque adeò tertiodecimo die poſt natum Chriſtum , communis Eccleſiæ ſenſus. Fitque id probabile,quia, vt Iſaias 60.habet, Dromedariis vſi ſunt:at, teſte Ariſt.*9. de hiſt. animal.c.vlt.* & Philoſtr. *in vita Apolloný*, Dromedarius vna die conficit mille ſtadia,ideſt,circa 130. milliaria,&

Arabia

Arabia diſtat à Bethleem trecentis ad ſummum leucis.

8. Stella illis apparuit die Dominica ipſa, qua natus eſt Chriſtus. Sextæ Synodo decreta adiecta, *decret.* 8. Die autem Veneris adorauerunt Chriſtum. Patet.nam die 13. à Natiuitate: Herodes vero non poſt duos annos occidit pueros,tum quia , vt quidam volunt,tunc erat Romæ , tum etiam quòd ſtatim ac certior factus eſt, ſe deluſum à Magis, id executioni mandauit , quia ſic Matthæus ſignificat : at nec ante quadrageſimum à Chriſto nato diem. nam Chriſtus eo die liberè , & abſque metu præſentatus eſt in Templo. Ergo bene ait Aug. 2. *de conſenſu Euang.c.*11.variis occupationibus per plurimos dies Herodem ab illa intentione retardatum ; vt proinde probabile ſit per tres, ſiue quatuor menſes diſtuliſſe.Sed cur, *à bimatu , & infrà?* Placet valde,

quod

Arabia diſtat à Bethleem trecentis ad ſummum leucis.

8. Stella illis apparuit die Dominica ipſa, qua natus eſt Chriſtus. Sextæ Synodo decreta adiecta, *decret.* 8. Die autem Veneris adorauerunt Chriſtum. Patet.nam die 13. à Natiuitate: Herodes verò non poſt duos annos occidit pueros,tum quia, vt quidam volunt,tunc erat Romæ, tum etiam quòd ſtatim ac certior factus eſt, ſe deluſum à Magis, id executioni mandauit, quia ſic Matthæus ſignificat: at nec ante quadrageſimum à Chriſto nato diem. nam Chriſtus eo die liberè, & abſque metu præſentatus eſt in Templo. Ergo bene ait Aug. 2. *de conſenſu Euang.c.*11.variis occupationibus per plurimos dies Herodem ab illa intentione retardatum; vt proinde probabile ſit per tres, ſiue quatuor menſes diſtuliſſe.Sed cur, *à bimatu, & infrà?* Placet valde,

quod Suar. ad aliorum rationes addit, quòd quamquam Herodes à Magis didiciſſet tempus ſtellæ viſæ, non tamen potuit ab iis diſcere, an eodem die, quo ſtella apparuit, natus fuerit puer, nec ne: & ideo, vt quod intenderet certiùs aſſequeretur, iuſſit, vt *à bimatu, & infrà* interficerentur, quam rationem indicat etiam Chryſoſtom. *hom. 7. in Matth.*

9. Longè probabilius eſt eam ſtellam non fuiſſe ex cœleſtibus, non tamen omnino certum. Aug. 2. *contra Fauſtum cap. 5. & ſerm. 3. de Epiphaniâ*, ex qua autem materia, quáve forma, & quali lumine extiterit, id valde incertum. Sed tamen veriſimilius eſt fuiſſe ex materia aërea, ſeu elementari. D. Th. *hic art. 7. ad* 1. Abul. *Matth.* 2. & hoc ſignificant Patres cùm negent cœleſtem ſtellam, quamquam dicant cœleſte ſignum, ideſt, à cœlo datum, firmátque id Orig. *contra Celſ.*

Celſ. lib. 1. vocans ſimilem cometæ. Itaque videtur fuiſſe corpus mixtum, diuina tamen potentia præditam luce intenſiſſima, & vt Chryſoſt. tradit Solis lucem ſuperante: nam media die elucebat, cùm cæteræ ſtellæ non apparent: quamquam, vt bene Suar. *hic*, non eſt opus dicere fuiſſe eam lucem maiorem luce Solis: ſed quod terræ propinqua eſſet, ideo Solem videbatur vincere. Hinc curioſæ quæſtioni reſponſio, cur ſi tam lucida, non eſt ab omnibus aliis, ſed ſolis Magis viſa? & cur non per totum orbem eius fama percrebuit? quia ſcilicet terræ proxima, ſolis Magis potuit faciliùs innoteſcere. Sic Suar. At Chalcidius Platonicus videtur dicere toti orbi eam fuiſſe notiſſimam. Sed aliis tamen, quid ea portenderet, ignotum fuit, Magíſque ſolis reuelatum.

10. An ne ſemper Magis viſa

*Celſ.lib.*1.vocans ſimilem cometæ. Itaque videtur fuiſſe corpus mixtum,diuina tamen potentia præditum luce intenſiſſima, & vt Chryſoſt. tradit Solis lucem ſuperante: nam media die elucebat, cùm cæteræ ſtellæ non apparent: quamquam, vt bene Suar. *hîc*, non eſt opus dicere fuiſſe eam lucem intenſiorem luce Solis: ſed quod terræ propinqua eſſet, ideo Solem videbatur vincere. Hinc curioſæ quæſtioni reſponſio, cur ſi tam lucida,non eſt ab omnibus aliis, ſed ſolis Magis viſa? & cur non per totum orbem eius fama percrebuit? quia ſcilicet terræ proxima, ſolis Magis potuit faciliùs innoteſcere. Sic Suar. At Chalcidius Platonicus videtur dicere toti orbi eam fuiſſe notiſſimam. Sed aliis tamen,quid ea portenderet, ignotum fuit, Magíſque ſolis reuelatum.

10. An ne ſemper Magis viſa

eſt, Iudæam vſque? Negant Caiet. & Ianſen. dicúntque viſam tantùm in Oriente; ſed oppoſita ſententia communis eſt Antiquorum: Chryſoſtom. *hom.6. & 2.* Imperf. Theophyl. Euthym. Hieron. Bedæ, Leonis PP. Epiph. D. Thom. & aliorum. Fauétque Hymnus: *Stellam ſequentes prauiam.* Mota ergo fuit illa ſtella vſque ad locum natiuitatis Chriſti, nunc huc, nunc illuc, nunc demiſſa, nunc etiam firmata quiete, vt videre licet, cùm peruenit Bethleem; tunc enim ſtetit ſuprà, vbi erat puer: ídque factum ab Angelo; quocirca cùm aiunt aliqui Patres fuiſſe inuiſibilem virtutem in ſpeciem ſtellæ transfiguratam, intelligendi ſunt, corpus illud lucidum habuiſſe motorem Angelum, &c. íſque pro ſuo arbitrio iuxta Dei voluntatem aliquando etiam occultauit eam, vt ſcilicet Magi eam non videntes Hieroſolymam adeundum exiſtimarent.

marent. & Niceph. *lib.1. c. 13.* ait noctu in altum elatam, vt ſolùm ab iis, qui ſidera contemplari ſcirent, diſcerni poſſet.

11. Non ex Aſtrorum notitia diuinatrice, vt perperam Aliac. *q.30. in Gen.* apud Sext. *lib.6. annot.10.* & Cardanus, & nonnulli hæretici, quia non ſtella Chriſti, ſed Chriſtus potiùs eſt fatum ſtellæ. Neque ex ſolo Balaam vaticinio, vt multi Patres aiunt, ſed ex interna maximè diuina illuſtratione Chriſtum natum Magi cognouerunt. D. Th. *hic art. vlt.* Leo PP. *ſerm. 1. & 3.* Fulg. *de Epiphania*, & latiùs Chryſolog. *ſerm. 156. & ſeqq.* atque Aug. *ſerm.7.* & Chryſoſt. *homil.6. in Matth.* *Attende*, inquit vnico verbo Fulgentius, *quid obtulerunt, & agnoſce, quid crediderunt.* Agnouerunt itaque Chriſti diuinitatem; quocirca Chryſoſt. *hom. 16.* et variis in Matthæum locis, vocat eos Euangeliſtas ſuæ regionis.

marent. & Niceph. *lib.*1. *c.* 13. ait noctu in altum elatam, vt ſolùm ab iis, qui ſidera contemplari ſcirent, diſcerni poſſet.

11. Non ex Aſtrorum notitia diuinatrice, vt perperam Aliac. *q.*30. *in Gen.* apud Sext. *lib.*6. *annot.*10. & Cardanus, & nonnulli hæretici, quia non ſtella Chriſti, ſed Chriſtus potiùs eſt fatum ſtellæ. Neque ex ſolo Balaam vaticinio, vt multi Patres aiunt, ſed ex interna maximè diuina illuſtratione Chriſtum natum Magi cognouerunt. D.Th. *hic art.vlt.* Leo PP. *ſerm.* 1. *&* 3. Fulg. *de Epiphania*, & latiùs Chryſolog. *ſerm.* 156. *& ſeqq.* atque Aug. *ſerm.*7. & Chryſoſt. *homil.*6. *in Matth. Attende*, inquit vnico verbo Fulgentius, *quid obtulerunt, & agnoſce, quid crediderunt.* Agnouerunt itaque Chriſti diuinitatem; quocirca Chryſoſt. *hom.* 16. ex variis in Matthæum locis, vocat eos Euangeliſtas ſuæ regionis.

DISPVTATIO XV.

De myſterio Circuncisionis.

1. DE hoc aliàs ſcholaſticè: nunc tantùm hiſtoricè dicemus. Ex Lucæ textu Græco habetur clarius, quàm ex Latino, Chriſtum fuiſſe circumciſum; additur enim τὸ καὶ: *Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer, & vocatum eſt nomen eius Ieſus.*

2. Quamquam præceptum circumciſionis Iudæis datum ceſſarit in Chriſto, conuenienter tamen Chriſtus voluit circumcidi, & id executus eſt Ioſephus, & Maria diuinitus illuſtrati, maximè cùm conſtet potuiſſe circumcidi voluntariè etiam illos, qui lege Moſaica non obligarentur; & id de Chriſto per accidens viſum eſt neceſſarium ad vitandum ſcandalum.

lum. Octo congruentias ex ſanctis Patribus adducit Suar. *ſect.* 1.

3. In eadem ſpelunca circumciſus eſt Chriſtus, in qua natus. Epiph. *lib.* 1. *cont. hæreſ. cap. vlt. poſt hæreſim* 80. Nicephorus autem dicens fuiſſe circumciſum in domo Ioſephi, nec veritati, nec ſibi conſonat, niſi cum Euthymio ſentiat domum illam, ſiue diuerſorium, in quo ſtabulum, fuiſſe Ioſephi.

4. Chriſto nomen proprium *Ieſus*, idque diuinitus inditum per parentes, ſignificat Saluatorem. Myſteria late proſequitur Suarez.

DISPVTATIO XVI.

De Purificatione B.V.

1. PRoli iam ab originali mundatæ per circumciſionem, vel ſi fœmella, per aliud remedium illi accommodatum, quid reliqu-

 erat

lum. Octo congruentias ex ſanctis Patribus adducit Suar. *ſect.* 1.
3. In eadem ſpelunca circumciſus eſt Chriſtus, in qua natus. Epiph. *lib.* 1. *cont. hæreſ. cap. vlt. poſt hæreſim* 20. Nicephorus autem dicens fuiſſe circumciſum in domo Ioſephi, nec veritati, nec ſibi conſonat, niſi cum Euthymio ſentiat domum illam, ſiue diuerſorium, in quo ſtabulum, fuiſſe Ioſephi.
4. Chriſto nomen proprium *Ieſus*, ídque diuinitus inditum per parentes, ſignificat Saluatorem. Myſteria late proſequitur Suarez.

DISPVTATIO XVI.

De Purificatione B. V.

1. PRoli iam ab originali mundatæ per circumciſionem, vel ſi fœmella, per aliud remedium illi accommodatum, quid reliquũ

erat purificatione egens? Vt magis, ac magis liberarentur à reliquiis originalis peccati. Sic Suarez §. *quocirca*, cum Hugone, & Euthymio. At Ianſenius (quem licentiùs loquentem reprehendit Suarez) negat illam Agni, ſeu turturum, columbarúmque oblationem, propter prolem; ſed ait propter legalem immunditiam quandam parentum, datam fuiſſe. Suarez autem ait, tum parentum, tum prolis cauſa.

2. Vitandus eſt Orig. *hom.*14. *in Luc.* aues iſtas à B. V. oblatas non veras, ſed æthereas cenſens. Cur auté poſt acceptum à Magis aurũ, ſacrificium nihilominus pauperum obtulerint, affectus fuit in paupertatem, præter myſticam etiam ſignificationem, de qua Patres, &c.

3. Verba legis de purificatione non obligaſſe B. V. quæ non ſuſcepit ſemen, communis eſt ſententia

tia Patrum, & Eccleſiæ tacitus ſenſus. Abulenſem verò, Oleaſtrum, Caiet. Ianſen. alióſque Hebraizantes, qui aiunt & B. V. comprehendiſſe, confutat Suar.

4. Lex quidem hæc ſublata eſt: ſi qua tamen velit abſtinere ab ingreſſu Eccleſiæ per 40. dies, non ob vim legis Moſaïcæ, ſed ob alias pias cauſas, poteſt: vt conſtat ex *cap. vnico, de Purificatione.*

DISPVTATIO XVII.

De vita Chriſti vſque ad ann. 30.

1. ABierunt in Ægyptum cum Chriſto parentes eius non ſtatim à receſſu Magorum, ſed poſt purificationem, & poſtquam (quicquid negent Ianſ. & Caiet.) Nazarethum redierunt, ibíque per aliquod incertum temporis ſpa-

tia Patrum,& Eccleſiæ tacitus ſenſus. Abulenſem verò, Oleaſtrum, Caiet. Ianſen. alióſque Hebraïzantes,qui aiunt & B. V. comprehendiſſe,confutat Suar.

4. Lex quidem hæc ſublata eſt: ſi qua tamen velit abſtinere ab ingreſſu Eccleſiæ per 40. dies, non ob vim legis Moſaïcæ,ſed ob alias pias cauſas, poteſt: vt conſtat ex *cap. vnico, de Purificatione.*

DISPVTATIO XVII.

De vita Chriſti vſque ad ann. 30.

1. ABierunt in Ægyptum cum Chriſto parentes eius non ſtatim à receſſu Magorum, ſed poſt purificationem, & poſtquam (quicquid negent Ianſ. & Caiet.) Nazarethum redierunt, ibíque per aliquod incertum temporis ſpa-

tium manſerunt; ibi enim reuelatio de fugiendo in Ægyptum facta illis eſt.

2. Si receſſiſſent in Galilæam, non fuiſſent humanitus ſecuri; quia tunc Herodes vtriuſque regionis erat Rex: mortuo autem eo, Archelaus non fuit dominus Galilææ, ideo redeuntes ex Ægypto tutò acceſſerunt Nazarethum.

3. Sed principalior cauſa fugæ in Ægyptum ex Matthæo traditur à Chryſologo, *non de periculi metu, ſed de propbetiæ veniſſe myſterio*; nempe vt illud adimpleretur Oſeæ 11. *Ex Ægypto vocaui filium meum*; quod ad Chriſtum propheticè ſpectare, nimis liberè, imò temerariè negauit Ianſen. *cap.* 11. *Concord.* dicens ſolùm per accommodationem Chriſto attributa fuiſſe à Matthæo illa verba. Sed id certè exponendi genus erroneum eſt, quia pugnat cum Euangeliſtæ verbis: *Vt adimpleretur*, &c. quid clariùs?

clariùs? Pugnat etiam cum ſcopo Euangeliſtarum oſtendere volentium vetus Teſtamentum typum fuiſſe noui, & figuras, ac prophetias ad Chriſtum tamquam ad centrum lineas fuiſſe directas. Tertiò pugnat cum Patribus, & cum Eccleſiæ ſenſu. Vide Hieron. *vtroque loco*, *& ep.* 150. *ad Algaſ.* q. 2. Chryſoſt. Theoph. Euthym. Anſel. Bed. D. Thom. Gloſſ. ord. & alios in Matth. & Oſeam: vnde Emiſſenus, ſiue Eucherius: *Impleta eſt*, inquit, *prophetia, & vtilitas prophetiæ*. Sic ferè etiam Naz. *or.* 24. & ibi Elias. Athan. *tom.* 1. *de Incarn. Verbi.* Proſp. *de promiſſ. part.* 3. *c.* 8. Anaſt. *lib.* 12. *in Hexaëm.* Euſ. *lib.* 9. *demonſtr. c.* 4.

4. Imò Euſeb. *loc. cit.* contendit adeò literaliter id dictum de Chriſto, vt nullam aliam literalem expoſitionem admittat. Carthuſianus tamen, & Lyranus *in Matth.* 2. & Leo Caſtr. *Apologet.* tum

clariùs ? Pugnat etiam cum ſcopo Euangeliſtarum oſtendere volentium vetus Teſtamentum typum fuiſſe noui, & figuras, ac prophetias ad Chriſtum tamquam ad centrum lineas fuiſſe directas. Tertiò pugnat cum Patribus, & cum Eccleſiæ ſenſu. Vide Hieron. *vtroque loco, & ep.150. ad Algaſ. q.2.* Chryſoſt. Theoph. Euthym. Anſel. Bed. D. Thom. Gloſſ. ord. & alios in Matth. & Oſeam: vnde Emiſſenus, ſiue Eucherius: *Impleta eſt*, inquit, *prophetia, & vtilitas prophetia.* Sic ferè etiam Naz. *or.*24. & ibi Elias. Athan. *tom.*1. *de Incarn. Verbi.* Proſp. *de promiſſ. part.*3. *c.*8. Anaſt. *lib.*12. *in Hexaëm.* Euſ. *lib.*9. *demonſtr. c.*4.

4. Imò Euſeb. *loc. cit.* contendit adeò literaliter id dictum de Chriſto, vt nullam aliam literalem expoſitionem admittat. Carthuſianus tamen, & Lyranus *in Matth.* 2. & Leo Caſtr. *Apologet.*

tum

tum de populo Iſrael, tum etiam de Chriſto dictum id volunt ſenſu ſpirituali: de populo autem Iſrael, qui filius Dei & ipſe vocari ſolet, literaliter dictum fuit. Ita Chryſoſt. *hom.* 8. *in Matth.* quem ſequuntur Theophyl.& ferè Græci. Item Orig. *hom.* 17. *in Num.* Hieron. *Matth.* 2. & clariùs *Oſe.* 11. & alij, quos congerit Ribera *in Oſeam.* Eſt tamen in modo loquendi controuerſia. nam licèt illa Oſeæ verba mediatè proximè ſignificata, id eſt, egreſſu populi Iudæi ex Ægypto, hoc Chriſti myſterium, id eſt, eius ex Ægypto reditum, expreſſerit (quæ eſt definitio ſpiritualis ſenſus;) quia tamen immediatè lecta ea verba, & intellecta de Chriſto, in omni proprietate ſermonis ſignificant, & exprimunt Chriſti filij Dei reditum ex Ægypto vocante Patre, ideo aliqui dicunt non ſolùm in ſenſu ſpirituali, ſed etiam literali,

Chriſti reditum ſignificare; & certè non ſine ſpeciali Spiritus ſancti prouidentia ſeruata eſt huiuſmodi verborum proprietas, quę Chriſti reditum adeò proprio ſignificatu exprimerent. Verumtamen, quia propria ratio ſenſus literalis requirit, vt non ſolùm aliqua verba nudè, & præcisè ſumpta aliquid propriè ſignificent, ſed etiam vt in eo ſenſu poſſit cum verbis antecedentibus, & conſequentibus texi, ideo cùm id hîc non adſit, non poteſt, in rigore, ſenſus literalis dici.

f. Chriſto ingrediente Ægyptū decidiſſe idola, tradunt ex *Iſai.* 19. Euſeb. *lib.* 6. *demonſtr. c.* 20. Nicephor. 10. *hiſt. c.* 31. Sozo. *lib.* 5. *c.* 20. Palladius *hiſt. Lauſ. c.* 52. Procop. *in Iſai.* 19. Suar. tamen id incertū & in tota Ægypto inueriſimile eſſe putat: ſed tantùm in aliqua vrbo credibile contigiſſe. Et idem iudicium eſto de aliis miraculis Chriſti pueri; quia ex quadam incerta

Chriſti reditum ſignificare;& certè non ſine ſpeciali Spiritus ſancti prouidentia ſeruata eſt huiuſmodi verborum proprietas,quę Chriſti reditum adeò proprio ſignificatu exprimerent. Verumtamen, quia propria ratio ſenſus literalis requirit,vt non ſolùm aliqua verba nudè,& præcisè ſumpta aliquid propriè ſignificent,ſed etiam vt in eo ſenſu poſſit cum verbis antecedentibus, & conſequentibus texi, ideo cùm id hîc non adſit,non poteſt,in rigore,ſenſus literalis dici.

5. Chriſto ingrediente Ægyptũ decidiſſe idola,tradunt ex *Iſai.*19. Euſeb. *lib.6. demonſtr.c.*20. Nicephor.10.*hiſt.c.*31.Sozo.*lib.*5.*c.*20. Palladius *hiſt.Lauſ.c.*52.Procop.*in Iſai.*19. Suar. tamen id incertũ,& in tota Ægypto inueriſimile eſſe putat: ſed tantùm in aliqua vrbe credibile contigiſſe.Et idem iudicium eſto de aliis miraculis Chriſti pueri; quia ex quadam incerta hiſto-

hiſtoria relata ſunt. Vide Burchard. *de Terra ſancta part.* 2. *c.*4. Baron. *anno Chriſti primo.*

6 Epiphan. *hær.*20. *&* 78. ait anno ætatis quarto rediiſſe Chriſtum, & colligi poteſt ex Seuero *lib.* 2. *hiſtor.* Nicephorus *lib.* 14. putat anno tertio. Panuinius eodem anno, quo iuit. Ianſenius initio anni ſexti. Ammonius anno octauo. Baronius anno nono ineũte, & die ſeptimo Ianuarij, vt omnia habent Martyrologia. Sed nihil certum haberi poteſt, cùm id pendeat ex incerto anno obitus Herodis. Magis autem timendus fuit Archelaus, quàm Herodes Antipas, quia licèt ambo fuerint Herodis maioris filij, ille tamen crudelior, & ob crudelitatẽ poſtea priuatus regno fuit. Ioſeph. 17. *Antiq. c.* 13. *& lib.* 1. *de bell. Iuda. c.* 6.

7. Vſque ad trigeſimum annum Nazarethum Chriſtus incoluit. Id colligitur ex *Luc.* 2. *&* 3. indéque voca

vocatus eſt Nazaræus. Pauperem vitam duxit, ex paupertima matre natus, vt ait Chryſoſt. *hom.* 67. *in Matth.* & Orig. *hom.* 8. *in Luc.* quamquam ea verba exponenda videntur, vt ſignificent non ſummam adeò paupertatem, vt emendicare ipſi Chriſto, aut parentibus opus fuerit, aut vt paruam familiam ſuam alere non poſſent: nam habebant prædia quædam, domunculam, & prouentum aliquem tenuem, vt Nicephor. *lib.* 1. *c.* 3. Emiſſ. ſiue Eucher. *hom. de Nat. B.V.* Pauperrimi autem verè dici potuerunt, ſi ſtirpem regiam, è qua nati, conſideremus

8. Fabrilem artem, & cum Ioſepho puer Ieſus exercuit (Iuſt. *contra Triphon.* B. Brig. *lib.* 6. *reuelat. cap.* 18.) & veriſimile eſt eo mortuo per ſe ſolum, vt Beatiſſimam matrem ſuam aleret, exercuiſſe. Vide Marci 6. *Nónne hic eſt faber, filius Mariæ?*

9. Illud

vocatus eſt Nazaræus. Pauperem vitam duxit, ex pauperrima matre natus, vt ait Chryſoſt. *hom.67. in Matth.* & Orig. *hom. 8. in Leu.* quamquam ea vérba exponenda videntur, vt̃ ſignificent non ſummam adeò paupertatem, vt emendicare ipſi Chriſto, aut parentibus opus fuerit, aut vt paruam familiam ſuam alere non poſſent: nam habebant prædia quædam, domunculam, & prouentum aliquem tenuem, vt Nicephor. *lib. 1. c.3.* Emiſſ. ſiue Eucker. *hom. de Nat. B.V.* Pauperrimi autem verè dici potuerunt, ſi ſtirpem regiam, è qua nati, conſideremus.

8. Fabrilem artem, & cum Ioſepho puer Ieſus exercuit (Iuſt. *contra Triphon.* B. Brig. *lib.6. reuelat. cap.18.*) & veriſimile eſt eo mortuo per ſe ſolum, vt Beatiſſimam matrem ſuam aleret, exercuiſſe. Vnde Marci 6. *Nónne hic eſt faber, filius Mariæ?*

9. Illud

9. Illud Lucæ 2. *& Ieſus proficiebat ſapientia, & ætate, &c.* docet Chriſtum, in quo gratia, & ſapientia Dei ſingulari modo ſemper habitauit, toto illo tempore eximia gratiæ, & ſapientiæ opera exercuiſſe, & vnà cum corporis incremento (id ſignificat, *& confortabatur,*) ſapientiam illius & gratiam quotidie magis, magiſque foris ſe prodidiſſe.

10. Cùm dicat Ioannes c. 2. *Hoc fecit initium ſignorum Ieſus in Cana Galilææ*, non debet intelligi, quòd fuerit primum, non ſimpliciter, ſed primum in Cana Galilææ. Nam fuit primum ſimpliciter; quia ſubdit, *& manifeſtauit gloriam ſuam*, hoc eſt, tunc primò per illud primum ſignum ſe, quis eſſet, cœpit manifeſtare. Alioqui non apparet cur voluerit Euangeliſta notanter dicere primum ſignum in Cana Galilææ factum à Chriſto.

11. Id verò non prohibet, quin aliqua etiam puer miracula Chriſtus ediderit. nam ex modo, quo à Chriſto fiebant, non oſtendebatur ipſum puerum eſſe auctorem eorum; ſed à Deo facta ob ſingularem amorem erga illum, vt per Prophetas veteris Teſtamenti à Deo ſigna multa ſimiliter facta ſunt.

12. Alia multa quæ de Chriſti infantia olim legebantur, incerta & apocrypha cenſuit Gelaſius *cap. Sancta Romana Eccleſia, diſt.* 15. Vide etiam Irenæum *lib.* 1. *cap.* 17. & ibi Feuardentium.

DISPVTATIO XVIII.

De merito B. *Mariæ Virginis.*

1. POtuiſſe B. V. poſt filij conceptionem creſcere in gratia, probabilior eſt ſententia, quam

11. Id verò non prohibet, quin aliqua etiam puer miracula Chriſtus ediderit. nam ex modo, quo à Chriſto fiebant, non oſtendebatur ipſum puerum eſſe auctorem eorum; ſed à Deo facta ob ſingularem amorem erga illum, vt per Prophetas veteris Teſtamenti à Deo ſigna multa ſimiliter facta ſunt.

12. Alia multa quæ de Chriſti infantia olim legebantur, incerta & apocrypha cenſuit Gelaſius *cap. Sancta Romana Eccleſia, diſt.* 15. Vide etiam Irenæum *lib.* 1. *cap.* 17. & ibi Feuardentium.

DISPVTATIO XVIII.

De merito B. Mariæ Virginis.

1. POtuiſſe B. V. poſt filij conceptionem creſcere in gratia, probabilior eſt ſentẽtia, quam

tuetur D. Thom. *quæſt.* 27. *art.* 5. *ad* 2 Rupert. *lib.* 6. *in Cant.* Bonau. *in ſpec. Mariæ c.* 9. Durand. Gabr. Vega, Sot. &c. & ratio eſt, quia incredibile eſt tot labores, & dolores ex perfectiſſimo amore, & charitate pro Chriſto ſuſceptos nullius fuiſſe meriti apud Deum, aut perſonam Virginis illi gratiorem non reddidiſſe. Tamen oppoſitum tenet Scot. 4. *d.* 4. *q.* 6. *conc.* 5. Almay. Riccar. (& citari etiam pro hac ſententia poſſunt D. Bern. *ſerm.* 51. *de Concept.* & Damaſc. *orat.* 1. *de dormit. Deiparæ.*) Hi apertè ſignificant, adeò perfectam fuiſſe in Chriſti conceptione gratiam Mariæ, vt ampliùs creſcere non potuerit: quod quidem Suarezio prorſus diſplicet. Vide *ſect.* 1. *fol.* 263. edit. Venet. *& fol.* 175. edit. Mogunt.

2. Continenter meruit, nedum vigilans (quod certum eſt,) ſed etiam dormiens, vt docet ſanctus Bernard.

Bernard. Sen. *ſer.* 51. Rupert. *lib.* 5. *in Cant.* & indicat Ambr. *lib.* 2. *de Virg.* Ratio eſt, quia hābuit lumen, & ſpecies infuſas independentes à phantaſmatibus.

3. Meruit ex opere operato, in ſuſceptione Sacramentorum nouæ legis, id eſt, Baptiſmi per manus Chriſti, (Euthym. *in Ioan.* 3. & traditio apud eundem *ibidem,* & Eucharistiæ. Item confirmationis, non quoad ſignum viſibile, ſed quoad gratiam, & characterem ipſo die Pentecoſtes, vt cæteris Apoſtolis accidit, & (vt quidam probabiliter cenſent) Sacramentum extremæ vnctionis.

4. In fine vitæ ex perpetuo merito, & augmento gratiæ peruenit ad ſummam, & penè infinitam gratiæ intenſionem, & plenitudinem. Epiph. presb. *or. de laud. Virg.* Gratia, inquit, *ſancta Virginis eſt immenſa.* Idem ait S. Bonau. *in ſpec. c.* 3. Anſel. Bern Ephrem, &c.

 5. Proba

Bernard.Sen.*ſer.* 51. Rupert. *lib.* 5. *in Cant.* & indicat Ambr. *lib.* 2. *de Virg.* Ratio eſt, quia hābuit lumen, & ſpecies infuſas independentes à phantaſmatibus.

3. Meruit ex opere operato, in ſuſceptione Sacramentorum nouæ legis, id eſt, Baptiſmi per manus Chriſti, (Euthym. *in Ioan.* 3. & traditio apud eundem *ibidem*,) & Euchariſtiæ. Item confirmationis, non quoad ſignum viſibile, ſed quoad gratiam, & characterem ipſo die Pentecoſtes, vt cæteris Apoſtolis accidit, & (vt quidam probabiliter cenſent) Sacramentum extremæ vnctionis.

4. In fine vitæ ex perpetuo merito, & augmento gratiæ peruenit ad ſummam, & penè infinitam gratiæ intenſionem, & plenitudinem. Epiph. presb. *or. de laud. Virg. Gratia*, inquit, *ſancta Virginis eſt immenſa*. Idem ait S. Bonau. *in ſpec. c.* 5. Anſel. Bern Ephrem, &c.

 5. Proba

5. Probabile eſt B.V. conſecutam eſſe plures gradus gratiæ, & charitatis, quàm ſint in omnibus ſanctis hominibus, & Angelis, etiam collectiuè ſumptis. Dam. or. 1. de dormit. Virg. poſt med. *Dei matris, & ſeruorum Dei infinitum eſt diſcrimen.* Chryſoſt. in Liturg. *incomparabiliter glorioſior, quàm Seraphim.* Petr. Dam. ſerm. de Aſſumpt. *Merita ſingulorum, & omnium titulos antecedit.* vbi nota illa verba, *ſingulorum, & omnium.* Porrò ex profeſſo id docet Bonau. *de laud. Virg c.* 7. ex Hieron. & Bern. Ratio eſt (alias omitto, quas habet Suar. *ſect.* 4.) Maior eſt dignitas matris Dei, quàm Sanctorum omnium, etiamſi collectiuè ſumantur; ergo, &c. quia dignitati debet reſpondere par gratia. Hoc dictum denique probabile cenſuerunt quamplures Academiæ Salmanticenſis Theologi.

DISPVTATIO XIX.

De ſcientia, & ſapientia B.V.

1. FIde omnem dubitationis vel primum motum excludente, & perfectiſſima omnium myſteriorum diuinorum cognitione fuit prædita, atque à principio ſuæ conceptionis, & ſanctificationis cognouit myſteria Trinitatis, & Incarnationis, licèt non nouerit ex tunc, à qua fœmina, & quo loco, aut tempore Chriſtus naſciturus eſſet. Creuit itaque in huiuſmodi cognitione per omnem vitæ curſum; præcipuè verò illuminata eſt in filij conceptione, in partu, in Pentecoſte.

2. In huiuſmodi rerum diuinarum cognitione omnes Theologos, & Apoſtolos ſuperauit. Anſel. *de excel. V. c.* 7. Ignat. Ambr. Hier. Rupert. Bern. Athanaſ. à quibus

DISPVTATIO XIX.

De ſcientia, & ſapientia B.V.

1. FIde omnem dubitationis vel primum motum excludente, & perfectiſſima omnium myſteriorum diuinorum cognitione fuit prædita, atque à principio ſuæ conceptionis, & ſanctificationis cognouit myſteria Trinitatis, & Incarnationis, licèt non nouerit ex tunc, à qua fœmina, & quo loco, aut tempore Chriſtus naſciturus eſſet. Creuit itaque in huiuſmodi cognitione per omnem vitæ curſum; præcipuè verò illuminata eſt in filij conceptione, in partu, in Pentecoſte.

2. In huiuſmodi rerum diuinarum cognitione omnes Theologos, & Apoſtolos ſuperauit. Anſel. *de excel. V. c.* 7. Ignat. Ambr. Hier. Rupert. Bern. Athanaſ. à quibus

vocatur omnium hæreſum interemptrix, & Apoſtolorum, atque Eccleſiæ magiſtra. In controuerſia illa de ceſſatione legalium, Apoſtoli priuatim illam conſuluerunt, & poſtea in publico Conſiſtorio decreuerunt, quid fieri deberet. Imò Rupert. *lib. 1. in Cant. circa med.* ait eam interfuiſſe Conſiſtorio, & omnem diremiſſe quæſtionem; ſed id quidem non eſt probabile.

3. Circa modum, quo hanc cognitionem eſt aſſecuta, dico didiciſſe tum per infuſionem Spiritus ſancti replentis eam ſcientiæ, & ſapientiæ donis, quibus hæc cognitio diuinarum rerum acquiritur. Tum ſecundò per Angelos, præcipuè per Gabrielem, etiam ante Incarnationem. Cedr. *in compen. hiſt.* Bernard. *hom. 4. in Miſſus.* Georg. Nicom. *hom. de oblat. Virg.* Tum tertiò poſt Incarnationem, à filio, quem geſtabat in vtero. Rup.

lib. 1. in Cant. Ambroſ. *de inſtit. V. c. 4.* Anſelm. *in 10. c. Luc.* & quem iam natum aſſiduè ſectabatur. Epiph. *hær. 78.* Anſel. *de exc. Virg. c. 4.* Tum quartò (de aliquibus tantùm circumſtantiis) ab hominibus, vt à Simeone Luc. 2. *Ecce hic poſitus eſt*, &c. *Maria autem conſeruabat*, &c. Hoc autem quartum ita aſſero, vt & oppoſitum ſit probabile. (Vide Suar. *ſect. 2.*) nam ſi ſit ſermo de ſuperbia myſteriorum fidei, ea, puto, B. Virginem à puro homine non didiciſſe, quæ ſingulariter fuit à Spiritu ſancto præuenta. Tum quintò per aſſiduam lectionem, & meditationem ſanctæ Scripturæ. Aug. *ſerm. 5. de Nat.* Ambr. lib. 2. de Virg. *Quomodo ſola, cui tot libri adeſſent?* &c. Orig. *hom. 6. in Luc.* Nyſſ. *ſer. de Nat.* & Sophron. *ſerm. de Aſſumpt.* Tum ſextò per experimenta effectuum, & per obſeruationem. Anſel. *ibid. c. 7.* Bernardin. *ſer. 51.* & hoc modo

*lib.*1.*in Cant.* Ambroſ. *de inſtit. V. c.*4.Anſelm. *in* 10. *c.Luc.* & quem iam natum aſſiduè ſectabatur. Epiph. *hær.*78. Anſel. *de exc.Virg. c.* 4. Tum quartò (de aliquibus tantùm circumſtantiis) ab hominibus, vt à Simeone Luc. 2. *Ecce hic poſitus eſt*, &c. *Maria autem conſeruabat*,&c. Hoc autem quartum ita aſſero, vt & oppoſitum ſit probabile.(Vide Suar. *ſect.*2.)nam ſi ſit ſermo de ſuperbia myſteriorum fidei,ea, puto, B.Virginem à puro homine non didiciſſe, quæ ſingulariter fuit à Spiritu ſancto præuenta. Tum quintò per aſſiduam lectionem,& meditationem ſanctæ Scripturæ. Aug. *ſerm.*5. *de Nat.* Ambr.lib.2.de Virg. *Quomodo ſola,cui tot libri adeſſent?*&c.Orig. *hom.*6. *in Luc.* Nyſſ. *ſer. de Nat.* & Sophron. *ſerm. de Aſſumpt.* Tum ſextò per experimenta effectuum, & per obſeruationem. Anſel. *ibid. c.*7.Bernardin. *ſer.*51. & hoc modo

euidenter cognouit ſe ſine viro concepiſſe, &c.

4. In verbo *cognouit*, id eſt, per viſionem Dei claram, diuinam eſſentiam, præcipuè verò in die Incarnationis, Natiuitatis, & Reſurrectionis Chriſti. Anton. 4. *p. tit.* 15. *cap.* 17. §. 1. Carthuſ. *de cœleſt. Hierar. art.* 18. Gerſ. *alph.* 88. *tit.* 9. Villanoua *ſer. de reſurr.* Rup. *lib.* 3. *in Cant.* & hæc eſt probabilior, quàm negatiua ſententia, quam indicat Athan. *ſer. de ſanct. Deip.* & auctor qq. ad Antioch. *quæſt.* 12. Immò Suarez relatus à Salazario probabile cenſuit etiam in primo inſtanti quo concepta eſt, B.V. vidiſſe diuinam eſſentiam. Vide Salaz. *de Concept. c.* 32. *n.* 57.

5. Extra Verbum per aliquod aliud genus abſtractiuæ cognitionis habuit quamplurimas reuelationes. Ita Ambr. Rupert. & alij apud Suar. *ſect.* 4.

6. Habuit B.V. humanam ſcientiam

tiam rerum naturalium per accidens infuſam perfectiſſimam. Anton. 3 *p. tit.* 15. *c.* 19. §. 2. Albert. apud eundem *ibid.* & probatur; tum quòd eam habuerit Adam, tum quòd neceſſaria erat ad perfectam rerum Theologicarum cognitionem.

7. Numquam habuit erroneum iudicium (etiamſi Cord. ex illo Luc. 2. *exiſtimantes illum eſſe in comitatu*, oppoſitum cenſeat *lib.* 1. *quæſt.* 46.) Numquam ſcientiæ ignorantiam priuatiuam, quæ dicitur carentiam ſcientiæ debitæ ſtatui, aut perſonæ, & propriè meretur ignorantiæ nomen, ſed ſolùm aliquando ignorantiam negatiuam, id eſt, carentiam ſcientię alicuius rei, quæ ad ipſam eo tempore minimè ſpectaret. Ex qua huiuſmodi carentia, quando poſtmodum accedebat cognitio, poterat admiratio oriri in Virgine Deipara.

tiam rerum naturalium per accidens infuſam perfectiſſimam. Anton. 3 *p. tit.* 15. *c.* 19. §. 2. Albert. apud eundem *ibid.* & probatur; tum quòd eam habuerit Adam, tum quòd neceſſaria erat ad perfectam rerum Theologicarum cognitionem.

7. Numquam habuit erroneum iudicium (etiamſi Cord. ex illo Luc. 2. *exiſtimantes illum eſſe in comitatu*, oppoſitum cenſeat *lib.* 1. *quæſt.* 46.) Numquam ſcientiæ ignorantiam priuatiuam, quæ dicit carentiam ſcientiæ debitæ ſtatui, aut perſonæ, & propriè meretur ignorantiæ nomen, ſed ſolùm aliquando ignorantiam negatiuam, id eſt, carentiam ſcientię alicuius rei, quæ ad ipſam eo tempore minimè ſpectaret. Ex qua huiuſmodi carentia, quando poſtmodum accedebat cognitio, poterat admiratio oriri in Virgine Deipara.

DISPVTATIO XX.

De B. V. gratijs gratis datis.

HArum quædam ad cognitionem, quædam ad ſermonem, quædam ad operationem ſpectant.

1. De prima ſerie: B. V. verè prophetiſſa fuit. concluſio eſt certa, & communis Sanctorum, Ambr. *in Luc.* 1. Baſ. *Eſa.* 8. Cyr. *lib.* 1. *in Iſaiam.* Naz. Epiphan. Nyſſ. Euſ. Hieron. Aug. & D. Thom. *ſup. q.* 27. *art.* 5. *ad* 3. &c. Adde diſcretionem ſpirituum, quæ pars eſt prophetiæ. D. Anton. *loc. cit.*

2. De ſecunda ſerie: Habuit gratiam interpretationis ſermonum; tum quòd, Spiritu ſancto ſingula verba dictante, edidit illud Cant. *Magnificat*, tum quòd, vt ſuprà diximus, ſacras litteras pleniſſimè intellexit, & edocta eſt, atque Apoſtolos

ſtolos & Euangeliſtas docuit. Rupert. Anton. & alij. Ad ſummã omnes quatuor gratias, quæ ad ſermonem pertinent, habuit, quoad vſum. nam hæ gratiæ gratis datæ in vſu conſiſtunt, non in aliquo habitu: & de habitibus iam ſuprà diximus. Suar. *ſect.* 2. id eſt, fidem, nempe fidei explicationem, & ſcientiæ, ſapientiæ, & linguarum gratiam. D. Anton. 4. *p. tit.* 15 *c.* 19. *§.* 1. *&* 2. & donum quidem linguarum etiam ante Pentecoſten veriſimile eſt habuiſſe, vt poſſet ſcilicet & Magos, & in Ægypto degens Ægyptios alloqui, & intelligere.

3. De tertia ſerie. Duæ ſunt huiuſmodi gratiæ, miraculorum ſcilicet, & ſanitatum. Vtramque habuit, præcipuè poſt aſcenſionem, vt ſcilicet mater Dei agnoſceretur Dam. *ſerm.* 1. *de Nat. Virg.* Andr. Cret. *ſerm. de Aſſumpt.* Metaphr. & Damaſ. *de dorm. V.* Nec repugnat D. Thom.

ſtolos & Euangeliſtas docuit. Rupert. Anton. & alij. Ad ſummā omnes quatuor gratias, quæ ad ſermonem pertinent, habuit, quoad vſum. nam hæ gratiæ gratis datæ in vſu conſiſtunt, non in aliquo habitu: & de habitibus iam ſuprà diximus. Suar. *ſect.* 2. ideſt, fidem, nempe fidei explicationem, & ſcientiæ, ſapientiæ, & linguarum gratiam. D. Anton. 4. *p. tit.* 15 *c.* 19. §. 1. *&* 2. & donum quidem linguarum etiam ante Pentecoſten veriſimile eſt habuiſſe, vt poſſet ſcilicet & Magos, & in Ægypto degens Ægyptios alloqui, & intelligere.

3. De tertia ſerie. Duæ ſunt huiuſmodi gratiæ, miraculorum ſcilicet, & ſanitatum. Vtramque habuit, præcipuè poſt aſcenſionem, vt ſcilicet mater Dei agnoſceretur. Dam. *ſerm.* 1. *de Nat. Virg.* Andr. Cret. *ſerm. de Aſſumpt.* Metaphr. & Damaſ. *de dorm. V.* Nec repugnat D. Thom.

Thom. *hîc q.* 27. *art.* 5. *ad* 3. nam negat de miraculis publicis; & de tempore ante Aſcenſionem.

DISPVTATIO XXI.

De B. V. morte, & aſſumptione.

1. Certum eſt & Eccleſiæ ſenſu, & Sanctorum ferè omnium conſenſu fuiſſe mortuam. Obiit autem non morbo, aut ægritudine aliqua, ſed ſola Dei voluntate abſque vlla naturali cauſa, ſicut mortuus videtur Moyſes, *Deut.* 32. *&* 34. & Ioan. Euangeliſta. Niceph. *lib.* 2 *cap.* 42. Niſi fortè dicas, vt probabile eſt, obiiſſe ex vi amoris ardentiſſimi, & intenſiſſimę contemplationis. Suar. *ſect.* 1. §. *Addere.* Probabile autem eſt eam Dæmonem in puncto mortis ſibi in modum trementis, & expaueſcentis aſtantē vidiſſe. Amad. *raptu* 8.

raptu 8. Delrius *Paneg.* 13. licèt Buſt. & Baptiſta Mant. prorſus negent eam Dæmonem vidiſſe.

2. Certum eſt etiam corpore glorioſo in cœlum aſſumptam, non quidem de fide, vt ait Cathar. *lib.* 4. *con. Caiet.* quia neque eſt ab Eccleſia definitum, neque eſt perſpicuum teſtimonium Scripturæ, aut ſufficiens traditio, quæ infallibilem faciat fidem; eſt tamen adeò certum, vt oppoſitum ſit petulanter temerarium atque erroneum. Can. *lib.* 12. *de locis. c.* 11. Cordub. *lib.* 1. *q.* 17. & id eiuſdem cenſendum certitudinis, ac B. V. ſanctificatio in vtero matris, de qua ſuprà *diſp.* 3. *ſect.* 1. *n.* 1.

3. Angelis comitata non quidem eorum miniſterio, ſed propria virtute, quæ omnibus glorioſis corporibus communis eſt (non fuit autem connaturalis tali perſonæ, vt Chriſto, & ideo dicitur *Aſſumptio;*

raptu 8. Delrius *Paneg.* 13. licèt Buſt. & Baptiſta Mant. prorſus negent eam Dæmonem vidiſſe.

2. Certum eſt etiam corpore glorioſo in cœlum aſſumptam, non quidem de fide, vt ait Cathar. *lib.* 4. *con. Caiet.* quia neque eſt ab Eccleſia definitum, neque eſt perſpicuum teſtimonium Scripturæ, aut ſufficiens traditio, quæ infallibilem faciat fidem; eſt tamen adeò certum, vt oppoſitum ſit petulanter temerarium atque erroneum. Can. *lib.* 12. *de locis. c.* 11. Cordub. *lib.* 1. *q.* 17. & id eiuſdem cenſendum certitudinis, ac B. V. ſanctificatio in vtero matris, de qua ſuprà *diſp.* 3. *ſect.* 1. *n.* 1.

3. Angelis comitata non quidem eorum miniſterio, ſed propria virtute, quæ omnibus glorioſis corporibus communis eſt (non fuit autem connaturalis tali perſonæ, vt Chriſto, & ideo dicitur *Aſſum-*

ptio;

ptio; rarò autem *Aſcenſio*) eleuata fuit.

4. Super omnes Hierarchias eſſe eleuatam, eſt de fide, quam & Eccleſia fatetur iis verbis, *exaltata eſt*, &c. & Anſelm. teſtatur *de exc. V. c.* 4. id eſſe etiam totius Chriſtianitatis ſenſum. Ita Patres omnes, &c.

5. Ea, quæ ſcientia viſionis Deus videt, videt & B. V. exceptis iis ſolùm, quæ ad Chriſtum ſingulariter, & ad eius cogitationes pertinent: eſt enim longè Chriſto inferior, nec plenè Chriſti gloriam comprehendit. Itaque non decet, vt ſine manifeſtatione, & conſenſu Chriſti actus eius internos videre poſſit. Itẽ videt omnia indiuidua cuiuſq; ſtatus, quæ cæteri beati etiam collectiuè vident. Item ſciẽtiam aliquam habet poſſibilium.

6. Probabile eſt habere aureolam martyrij; quia verè Martyr, tum quod ad crucem ſufficientem dolorem ſuſtinuit ad inferendam mortem corporis, niſi peculiari auxilio Dei fuiſſet ſuffulta, & in vita conſeruata; tum quod Iudæi perſequendo, & occidendo Chriſtum, licèt non intenderent illam propter Chriſtum occidere, tamen quantum in ipſis erat, eam interficiebant. Qui modus paſſionis, & perſecutionis ſatis eſt ad martyrium, vt in innocentibus conſtat, qui verè fuerunt Martyres: quamuis perſecutor non intendiſſet occidere eos propter Chriſtum, ſed ſolùm interficere Chriſtum. Adde Ephr. *or. ad Virg.* qui vocat eam, *Martyrum decus.*

Disputatio XXII.

De B. V. adoratione.

1. Piè credi poteſt ab initio ſæculi tam in Eccleſia militante

dolorem ſuſtinuit ad inferendam mortem corporis, niſi peculiari auxilio Dei fuiſſet ſuffulta, & in vita conſeruata; tum quòd Iudæi perſequendo, & occidendo Chriſtum, licèt non intenderent illam propter Chriſtum occidere, tamen quantum in ipſis erat, eam interficiebant. Qui modus paſſionis, & perſecutionis ſatis eſt ad martyrium, vt in innocentibus conſtat, qui verè fuerunt Martyres: quamuis perſecutor non intendiſſet occidere eos propter Chriſtum, ſed ſolùm interficere Chriſtum. Adde Ephr. *or. ad Virg.* qui vocat eam, *Martyrum decus.*

DISPVTATIO XXII.

De B. V. adoratione.

1. PIè credi poteſt ab initio ſæculi tam in Eccleſia militante

tante, quàm triumphante ab Angelis, qui intuebantur per fidem primò quatenus viatores, & in verbo, poſtmodum iam beatificati myſterium Chriſti incarnationis, atque adeò ex qua matre (vtpote eorum futura Regina) eſſet naſciturus, B. Virginem vt primum cognitam adoratam fuiſſe.

2. Adoratio propria, & intrinſeca B.V. debita eſt ratione maternitatis, tũ phyſicè, tũ moraliter conſideratæ, ratione cuius maternitatis habet affinitatem cum Chriſto vt Deo, & conſanguinitatem cum Chriſto, vt homine. Caiet. 2.2. *q.* 103. *art.* 4. *ad* 2. & hæc etiam per impoſſibile præciſa à gratia ſanctificante (vtpote ſi conſideretur non quidem cum peccato mortali, ſed veluti in puris naturalibus, abſque ylla gratia) ſufficiens ratio eſſet adorationis propter præciſam dignitatem matris Dei.

3. Adoratio, quæ B.V. propriè debe-

debetur, dicitur *Hyperdulia*, & ſpecie diſtinguitur à cæteris duliis, aliis Sanctis debitis, quia dignitas maternitatis, in qua fundatur hæc adoratio, eſt ſpecie diſtincta à gratiæ habitualis dignitate, ratione cuius cæteri Sancti adorantur, & ad alium ordinem ſpectat, ſcilicet ad ordinem vnionis hypoſtaticæ. Hinc ſequitur huiuſmodi actum adorationis procedere ab eodem habitu religionis, quo Chriſtum, & Deum adoramus: non autem ab habitu duliæ. Sicut enim dulia quæ reſpicit gratiam creatam, complectitur omnia, quæ ſunt illius ordinis; ita religio quæ reſpicit excellentiam increatam, & conſequenter gratiam vnionis, comprehendet omnia, quæ in eodem ordine ſunt: ratione autem ſanctitatis eximiæ debetur Virgini altera ſpecies hyperduliæ, quæ communis eſt ei cum cæteris eximiis Sanctis, vt Apoſtolis, &c. qui-

debetur, dicitur *Hyperdulia*, & ſpecie diſtinguitur à cæteris duliis, aliis Sanctis debitis, quia dignitas maternitatis, in qua fundatur hæc adoratio, eſt ſpecie diſtincta à gratiæ habitualis dignitate, ratione cuius cæteri Sancti adorantur, & ad aliũm ordinem ſpectat, ſcilicet ad ordinem vnionis hypoſtaticæ. Hinc ſequitur huiuſmodi actum adorationis procedere ab eodem habitu religionis, quo Chriſtum, & Deum adoramus: non autem ab habitu duliæ. Sicut enim dulia quæ reſpicit gratiam creatam, complectitur omnia, quæ ſunt illius ordinis; ita religio quæ reſpicit excellentiam increatam, & conſequenter gratiam vnionis, comprehendet omnia, quæ in eodem ordine ſunt: ratione autem ſanctitatis eximiæ debetur Virgini altera ſpecies hyperduliæ, quæ communis eſt ei cum cæteris eximiis Sanctis, vt Apoſtolis, &c. qui-

 bus

bus eadem ratione hyperduliam deberi, ait Felician. *con.* 2. *confeſſ. Andeburg.art.*2.*q*.4.

4. Dices, in quo conſiſtit huiuſmodi exceſſus vltra communem duliam? Reſpondetur, quòd licèt externi actus vt ſic non ſint diuerſi, poſſunt tamen aſſignari aliqui actus externi ad ſingularem Virginis excellentiã ſignificandam, qui aliis Sanctis accõmodari non poſſunt, vt patet in vſu verborum, &c. Secundò in actibus voluntatis poteſt aſſignari aliqua differentia, non intenſionis (quia interdum inferior ſanctus intenſiori affectu coli poteſt, quàm B. V.) ſed veluti obiectiua, & appretiatiua, &c. Tertiò eſt diſcrimen in exiſtimatione, & in habitu, à quo hæc adoratio procedit, quia de Virgine altior eſt, & excellentior, vt ſuprà *n* 3. diximus.

DISPVTATIO XXIII.

De B.V. interceſſione.

1. ADeò potens eſt eius interceſſio ſupra omnes Sanctos, vt ſi cogitatione fingamus B.V. aliquid poſtulare, totámque curiam cœleſtem illi reſiſtere (licet apud Dan. vnus Angelus alteri reſiſtebat,) potentior eſſet apud Deum B. V. quàm reliqui omnes Sancti, & ita quidem ſentiunt ſancti Patres citati à Bon. *in ſpec c.*8. & 12. & Anſel. *de laud. V. c.* 12. quare Georg. Nicom. vocat Virginem *oratione ſua omnipotentem.*

2. Omnia Chriſti beneficia per Mariam dantur, atque adeò quicquid alij Sancti impetrant, per Mariam impetrant, & hinc ortum eſt, vt inter alios Sanctos non vtamur vno, vt interceſſore ad alterum, quia omnes ſunt eiuſdem or-

DISPVTATIO XXIII.

De B.V. interceſſione.

1. ADeò potens eſt eius interceſſio ſupra omnes Sanctos, vt ſi cogitatione fingamus B.V. aliquid poſtulare, totámque curiam cœleſtem illi reſiſtere (ſicut apud Dan. vnus Angelus alteri reſiſtebat,) potentior eſſet apud Deum B. V. quàm reliqui omnes Sancti, & ita quidem ſentiunt ſancti Patres citati à Bon. *in ſpec. c. 8. & 12.* & Anſel. *de laud. V. c. 12.* quare Georg. Nicom. vocat Virginem *oratione ſua omnipotentem.*

2. Omnia Chriſti beneficia per Mariam dantur, atque adeò quicquid alij Sancti impetrant, per Mariam impetrant, & hinc ortum eſt, vt inter alios Sanctos non vtamur vno, vt interceſſore ad alterum, quia omnes ſunt eiuſdem or-

dinis: ad Virginem autem tamquam ad Reginam, & Dominam alij adhibentur interceſſores. Quo ſenſu angelicam ſalutationē aliis Sanctis recitamus, nimirum, vt eam pro nobis Virgini repræſentent; lego tamen in vit. ſancti Greg. Thaumat. *c.* 7. Mariam Deiparam rogaſſe Sanctum Io. Euangeliſtam, vt manifeſtaret Gregorio myſterium veræ fidei. Item Conſtantinus Epiſcopus Thij *in or. de inuent. reliq. S. Euphemia c.* 8: *Abi*, inquit, *Euphemia ad ſororem meam Glyceriam, & ego illam rogabo*, &c. Sed huiuſmodi exempla rariſſima ſunt, & fortaſſis interpretationem admittunt.

3 Licèt aliqui Sancti ſint ſingulariter potentes ad aliqua impetranda, teſte Aug. *ep.* 137. tamen B.V. eſt potentior, quàm iidem peculiares Sancti in ſingulis actibus.

DISPVTATIO XXIV.

De Sancto Io. Baptiſta.

1. BEatum Io. Baptiſtam tunc primùm fuiſſe ſanctificatum, cùm Elizabeth vocem audiuit Mariæ ſalutantis, & non prius, communis ſententia eſt omnium ſanctorum Patrum. Ex vtero autem matris exiens exceptus inter brachia B.V. Ita B. Pet. Dam. *in ſer. de Io. Bapt. tom.* 5. *Sur.* At Titus Boſtr. *in Lucam*, & alij nonnulli Patres negant B.V. interfuiſſe Elizabeth partui.

2. Habuit fomitem: certa concluſio, & colligitur ex iis, quæ Conc. Trid. tradit *ſeſſ.* 5. *can.* 5. & Aug. 1. *retract. c.* 26.

3. Imò longè probabilius erit dicere, quòd & venialiter peccauerit: nam ex reg. Aug. *lib.* 5. *con. Iul. c.* 9. colligitur, qui habuit pec-

DISPVTATIO XXIV.

De Sancto Io. Baptiſta.

1. BEatum Io. Baptiſtam tunc primùm fuiſſe ſanctificatum, cùm Elizabeth vocem audiuit Mariæ ſalutantis, & non priùs, communis ſententia eſt omnium ſanctorum Patrum. Ex vtero autem matris exiens exceptus inter brachia B.V. Ita B. Pet. Dam. *in ſer. de Io. Bapt. tom.* 5. *Sur.* At Titius Boſtr. *in Lucam*, & alij nonnulli Patres negant B.V. interfuiſſe Elizabeth partui.

2. Habuit fomitem: certa concluſio, & colligitur ex iis, quæ Conc. Trid. tradit *ſeſſ.* 5. *can.* 5. & Aug. 1. *retract. c.* 26.

3. Imò longè probabilius erit dicere, quòd & venialiter peccauerit: nam ex reg. Aug. *lib.* 5. *con. Iul. c.* 9. colligitur, qui habuit pec-

catum originale, habere etiam actuale. Oppoſitum autem, quod aſſerunt Galat. *lib. 7. de arc. c.9* & Cathar. *opuſc.2. de eximia Chriſti prædeſt.* non eſt improbabile, aut aliqua cenſura dignum, quod etiam notanter dixit Driedo *lib.1. de grat. & lib. arb. c.5. p.2.* cùm præſertim & ipſe Aug. aſſerat lib. de Spiritu, & lit. cap.2. *Si quis doceat aliquem fuiſſe, qui non ex viribus liberi arbitrij, ſed ſingulari gratiæ priuilegio illa vitauerit* (omnia ſcilicet peccata) *nec temerè, nec perniciosè errabit.* Idem habet *ep.95.* & Concilium Trid. *ſeſſ.6. can.23.* negat quidem poſſe hominem ſine ſpeciali priuilegio viuere ſine peccato veniali; affirmátque id cōceſſum B.V. an autem aliquibus aliis, nec negat, neque affirmat. Fauet huic opinioni Beda *hom. de decollat. Io. Bapt.* & Orig. *hom.9. in Leu.* & Euſeb. *ſer.1. de Io. Bapt.* qui Patres ſaltem intelligendi ſunt num-

quam veniale ex plena deliberatione commiſiſſe. Quod etiam de Apoſtolis poſt acceptum Spiritum ſanctum affirmare non eſt improbabile. Suar. *ſect.4. §.3. in fin.*

4. Num Apoſtolus? Affirmat Hieron. *ad Gal.1.* Dam. *lib.4. de fid. c.16.* Cyr. *lib.2. in Io. c.1.* Orig. *tom. 31. in Io.* in illa verba, *qui recipit eum, quem ego miſero,* &c. Ambr. 4. *de fid. c.4.* Qui Patres nituntur illis verbis Io. 1. *Fuit homo miſſus à Deo.* At negandum eſt, ſi loquamur de dignitate Apoſtolica propriè ſumpta, vt ad legem Euangelicam pertinet, & includit vniuerſalem poteſtatem in totum orbem. Affirmandum verò ſi loquamur, vt largè ſignificat Chriſti prædicatorem, ac teſtem ſpeciali modo à Deo miſſum, & hoc ſenſu loquuntur Patres.

5. Baptizatus eſt à Chriſto. D. Thom. *hic. art.6. ad 3.* Chryſoſt. *hom.4 imperf.* Aug. *tract.13. & 15.*

quam veniale ex plena delibera-tione commiſiſſe. Quod etiam de Apoſtolis poſt acceptum Spiritum ſanctum affirmare non eſt improbabile. Suar. *ſect.* 4. §. 3. *in fin.*

4. Num Apoſtolus? Affirmat Hieron. *ad Gal.* 1. Dam. *lib.* 4. *de fid.* *c.* 16. Cyr. *lib.* 2. *in Io. c.* 1. Orig. *tom.* 31. *in Io.* in illa verba, *qui recipit eum, quem ego miſero,* &c. Ambr. 4. *de fid. c.* 4. Qui Patres nituntur illis verbis Io. 1. *Fuit homo miſſus à Deo.* At negandum eſt, ſi loquamur de dignitate Apoſtolica propriè ſumpta, vt ad legem Euangelicam pertinet, & includit vniuerſalem poteſtatem in totum orbem. Affirmandum verò ſi loquamur, vt largè ſignificat Chriſti prædicatorem, ac teſtem ſpeciali modo à Deo miſſum, & hoc ſenſu loquuntur Patres.

5. Baptizatus eſt à Chriſto. D. Thom. *hîc. art.* 6. *ad* 3. Chryſoſt. *hom.* 4. *imperf.* Aug. *tract.* 13. *&* 15.

*in Io.*Naz.*or.*39.*ad fin.*

6. Qua ratione Ioannes ponitur inter Sanctos noui Teſtaméti ab Iſid. *lib.de vit. & mort. Sanct.* D.Thom. 2.2. *q.*174. *art.*4. *ad* 3. quod probabilius cenſet Suar.*ſect.* 6. quàm inter veteris Teſtamenti Patres Ioannem recenſere.

7. Virginitatem vouit. Id probabile eſt, quia ab infantia ſe totum Deo conſecrauit, vitámque cœlibem agere decreuit; ergo veriſimile eſt hoc ſuũ propoſito voto firmaſſe. Idque, licèt non apertè, innuunt Patres, cùm dicunt Ioannem monaſticam vitam egiſſe.

8. Obiit trigeſimo ſecundo anno ætatis cum dimidio. Niceph. *lib.*1.*c.*19. Alger.*lib.*2. *de Eccl.c.*7. Corpus eius igni traditum. Greg. *lib.*9.*regiſt.* Hadrian. *in reſcript.de imag. c.* 23. Spiritus verò ſanctiſſimi Præcurſoris ad ſupremam Angelorum gloriam inter ipſa Seraphim eſt euectus. B. Pet. Dam. *ſerm. de ſancto Ioan. Bapt. tom.*5. Sur. Plura habent Suar. *hic*, & Caniſius *de Ioanne Baptiſta.*

DISPVTATIO XXV.

De Baptiſmo Ioannis.

1. CONfeſſio illa, quæ fiebat ante Baptiſmum Ioannis, *Marc.c.*1.*Matth.*3. erat vocalis, & diſtincta peccatorum manifeſtatio. D.Thom. *in reſp.ad* 2. Baſ. *lib.*1. *de bapt.p.* 2. *& in reg. breu.* 288. Chryſoſt. *hom.*3. *Imperf.* Tertull. *lib.de bapt.c.*20. Ianſ.*c.*13.*concord.* & Caniſ.*lib.*1.*de Io.c.*3.

2. Baptiſmo Ioannis baptizati ſoli Iudæi, non autem Gentiles. D.Thom.*art.*4. colligitur ex *Luc.* 1. *&* 3. *& Matth.* 3. Durauit eius Baptiſmus vſque ad carcerem. Chryſ.*hom.*28.

3. Probabilius eſt Ioannis Bap-

*ſerm. de ſancto Ioan. Bapt. tom.*5. *Sur.*Plura habent Suar. *hic*,& Caniſius *de Ioanne Baptiſta.*

DISPVTATIO XXV.

De Baptiſmo Ioannis.

1. CONfeſſio illa, quæ fiebat ante Baptiſmum Ioannis, *Marc.c.*1.*Matth.*3.erat vocalis, & diſtincta peccatorum manifeſtatio.D.Thom.*in reſp.ad* 2.Baſ.*lib.*1. *de bapt.p.* 2. *& in reg. breu.* 288. Chryſoſt. *hom.*3. *Imperf.* Tertull. *lib.de bapt.c.*20. Ianſ.*c.*13.*concord.* & Caniſ.*lib.*1.*de Io.c.*3.

2. Baptiſmo Ioannis baptizati ſoli Iudæi, non autem Gentiles. D.Thom.*art.*4. colligitur ex *Luc.* 1. *&* 3. *& Matth.* 3. Durauit eius Baptiſmus vſque ad carcerem. Chryſ.*hom.*28.

3. Probabilius eſt Ioannis Bap-

tiſma nullam habuiſſe verborum formam. Ita Dur. Gab. Sot.Scot. licèt oppoſitum, quod tenent D. Bon. D. Thom. Magiſter, Palud. Alenſ.&c. ſit etiam probabile aliquo pacto. Probatur autem ſententia prior. nam Ioannes poſtquam aliquo tempore baptizauit, miſerunt ad eum Phariſæi interrogantes, an eſſet Chriſtus venturus; ergo ſignum eſt illum non fuiſſe ſolitum baptizare in nomine Chriſti venturi, vt D.Thom. & cæteri dicunt. Præterea etiam Chriſtum ſub illa forma baptizaſſet: at hoc eſt abſurdum; ergo, &c. Dices in Chriſto non ſeruaſſe illam formam, vt reſpondent Palud. & Marſ. Sed contrà, quia ſequeretur non recepiſſe Chriſtum Baptiſmum Ioannis, quia ablata rei forma, aufertur res ipſa, &c. Ideo concludendum, totam illius Baptiſmi eſſentiam poſitam fuiſſe in exteriori aquæ ablutione.

4. Effectus illius Baptiſmi fuit ab homine, D.Thom.*art.*2. quod eſt dictu, Baptiſmum illum nullum habuiſſe effectum ſupernaturalem, ſed, vt ſuprà diximus, in ſola externa lotione, quæ ab homine fit, conſtitiſſe. Quod certum quidem de effectu ſupernaturali ex opere operato. Verùm ad effectum gratiæ ex opere, ſeu diſpoſitione operantis, conſequendum, poterat ille Baptiſmus aliquo modo concurrere excitando, & mouendo homines ad pœnitentiam, quo ſenſu dictus eſt Baptiſmus pœnitentiæ.

5. Baptiſmus ille vel proximum inſtitutorem habuit Ioannem, cui commiſit Deus, vt ſuo arbitrio Baptiſmum inſtitueret, vt docent Bellar.*lib.*2.*de bapt.c.*20 & Toled. *hic.* Vel immediatè à Deo inſtitutus eſt eius ritus, & Ioanni traditus, vt docent D.Thom. *art.*2. Caniſ. *cap.*7. Sot. *d.*2. *quæſt.*2. *art.*1.

4. Effectus illius Baptiſmi fuit ab homine, D.Thom.*art.*2. quod eſt dictu, Baptiſmum illum nullum habuiſſe effectum ſupernaturalem, ſed, vt ſuprà diximus, in ſola externa lotione, quæ ab homine fit, conſtitiſſe. Quod certum quidem de effectu ſupernaturali ex opere operato. Verùm ad effectum gratiæ ex opere, ſeu diſpoſitione operantis, conſequendum, poterat ille Baptiſmus aliquo modo concurrere excitando, & mouendo homines ad pœnitentiam, quo ſenſu dictus eſt Baptiſmus pœnitentiæ.

5. Baptiſmus ille vel proximum inſtitutorem habuit Ioannem, cui commiſit Deus, vt ſuo arbitrio Baptiſmum inſtitueret, vt docent Bellar.*lib.*1.*de bapt.c.*20.& Toled. *hic.* Vel immediatè à Deo inſtitutus eſt eius ritus, & Ioanni traditus, vt docent D.Thom. *art.*2.Caniſ. *cap.*7. Sot. *d.*2. *quæſt.*2. *art.*1.

Vtrum

Vtrumque enim probabile eſt;ſed hæc poſterior opinio probabilior eſt.

6. Solus Ioannes baptizauit eo Baptiſmo, non etiam eius diſcipuli. Cyr. *lib.2. Io. c.57.* & fortaſſe aliter fieri non potuit, & hæc eſt vna ratio, ob quam dictus eſt *Baptiſmus Ioannis*, id eſt, ab eo ſolo miniſtratus. Ita Aug. *lib.5. de bapt. c.13. & tract.5. in Ioan.*

7. Non fuiſſe ſacramentum nouæ legis, eſt de fide. Patres omnes citati à Suar. *ſect.1. & 2.* & Scholaſtici omnes *ſect.4.* Imò neque veteris: cõmunis eſt opinio Theologorum, atque adeò neque Sacramentum. D. Thom. *hic art 1.* quia de Sacramenti ratione eſt, vt permanentem habeat inſtitutionem, atque vt hoc modo ad ſtatum alicuius legis pertineat. Baptiſmus autem Ioannis non fuit inſtitutus, vt cum aliqua lege duraret, ſed ſolùm vt præambulum

quod

quoddam, & diſpoſitio remota ad introductionem legis nouæ. Adde non fuiſſe ſignum practicum gratiæ ſanctificantis, quia nec conferebat per ſe aliquam ſanctificationem internam, & ſpiritualem, vt patet, nec legalem, ſeu cæremonialem (quod faciebant veteris legis Sacramenta) quia non auferebat irregularitatem aliquam, immunditiamque legalem: nullo ergo modo per ſe ſanctificabat, ſed erat cæremonia quædam ad excitandam pœnitentiam. Ex quo colligitur baptizatos illo Baptiſmo, iterum neceſſe fuiſſe Baptiſmo Chriſti baptizari: quod etiam eſt de fide. D. Thom. *hic art. vlt.* & colligitur ex *Act.19.* Vide Bellar. *lib.1. de bapt. c.22.* & confirmatur. nam

8. Apoſtoli omnes baptizati fuerant Baptiſmo Ioannis, vt docet Chryſ. *hom.1. in Acta.* & Tert. *lib. de bapt. c.12.* & tamen conſtat ex

Aug.

quoddam, & diſpoſitio remota ad introductionem legis nouæ. Adde non fuiſſe ſignum practicum gratiæ ſanctificantis, quia nec conferebat per ſe aliquam ſanctificationem internam; & ſpiritualem, vt patet, nec legalem, ſeu cæremonialem (quod faciebant veteris legis Sacramenta) quia non auferebat irregularitatem aliquam, immunditiamque legalem: nullo ergo modo per ſe ſanctificabat, ſed erat cæremonia quædam ad excitandam pœnitentiam. Ex quo colligitur baptizatos illo Baptiſmo, iterum neceſſe fuiſſe Baptiſmo Chriſti baptizari: quod etiam eſt de fide. D. Thom. *hic art. vlt.* & colligitur ex *Act.* 19. Vide Bellar. *lib.* 1. *de bapt. c.* 22. & confirmatur. nam

8. Apoſtoli omnes baptizati fuerant Baptiſmo Ioannis, vt docet Chryſ. *hom.* 1. *in Acta.* & Tert. *lib. de bapt. c.* 12. & tamen conſtat ex

Aug.

Aug. *ep.* 108. *ad Seleuc.* omnes Apoſtolos fuiſſe baptizatos Baptiſmo Christi; & meritò: nam iſte Christi Baptiſmus eſt ad ſalutem neceſſarius, ille autem non erat neceſſarius, neque neceſſitate medij, neque neceſſitate præcepti. Palud. 4. *d.* 2. *quæſt.* 2. *art.* 2. & ex *Luc.* 7. patet appellari conſilium, non autem præceptum.

DISPVTATIO XXVII.

De Baptiſmo à Chriſto recepto.

1. SPiritum viſibiliter in columbæ ſpecie miſſum ſuper Chriſtum, intellige ſolùm quoad externam ſpeciem, & ſignificationem, non verò quoad internum effectum; & inuiſibilem miſſionem, vt cùm ad Apoſtolos in die Pentecoſtes, alióſve Sanctos miſſus eſt. Atque adeò Spiritum ſanctum viſibiliter

ſibiliter mitti ad Chriſtum, nihil aliud fuit, quàm Spiritus ſancti donum, quod à principio conceptionis in Chriſto erat, ac permanebat: (nam alioqui certum eſt Chriſtum in conceptione ſua perfectiſſimè Spiritu ſancto vnctum, perpetua, & inamiſſibili vnctione. Dam. *lib.* 4. *de fid. cap.* 6.) nouo ſigno viſibili manifeſtari. In aliis autem facta eſt ſimul cum nouo viſibili ſigno interior Spiritus ſancti miſſio per noua dona gratiæ, aut per ſpecialem eorum perfectionem. Itaque cùm ſancti Patres docent Chriſtum in Baptiſmate vnctum fuiſſe, vt Athan. *ſer.* 2. *con. Arian.* Cyr. Hieron. *Catech.* 17. *& myſt.* 3. &c eo modo ſunt intelligendi, nempè de viſibili manifeſtatione.

2. Illa viſibilis cœlorum apertio, ſiue dicatur externè quidem nullo modo facta, ſed ſolùm internus in mente, ſeu imagine, cœlum, ac ſi apertum

ſibiliter mitti ad Chriſtum, nihil aliud fuit, quàm Spiritus ſancti donum, quod à principio conceptionis in Chriſto erat, ac permanebat: (nam alioqui certum eſt Chriſtum in conceptione ſua perfectiſſimè Spiritu ſancto vnctum, perpetua, & inamiſſibili vnctione. Dam. *lib. 4. de fid. cap. 6.*) nouo ſigno viſibili manifeſtari. In aliis autem facta eſt ſimul cum nouo viſibili ſigno interior Spiritus ſancti miſſio per noua dona gratiæ, aut per ſpecialem eorum perfectionem. Itaque cùm ſancti Patres docent Chriſtum in Baptiſmate vnctum fuiſſe, vt Athan. *or. 2. con. Arian.* Cyr. Hieron. *Catech. 17. & myſt. 3.* &c eo mòdo ſunt intelligendi, nempè de viſibili manifeſtatione.

2. Illa viſibilis cœlorum apertio, ſiue dicatur externè quidem nullo modo facta, ſed ſolùm interiùs in mente, ſeu imagine, cœlum, ac ſi

apertum

apertum eſſet, apparuiſſe, quod ſenſit Hieron. *Matth.*3. *& Ezech.*1. & Bed. *Marc.*1. & Chryſ. *in Imperf. hom.*4. & D. Thom. *hic art.*5. ſiue per externam mutationem in obiecto ſenſibili, non quidem in cœlo (id enim multa implicaret miraculũ,) ſed in aëre per rarefactionem, & dilucidationem; vt Ianſ. & recentiores, & ex antiquis Euthym. *in Matth.*3. & D. Thom. *hic*, non repugnat: & quicquid, inquam, dicatur, probabiliter dicitur.

3. Probabilius, & longè rationabilius eſt quod aſſerunt Aug. *lib.*2. *de Trin. cap.*5. Ambr. *lib.*1. *de Sacr. cap.*5. Opt. *lib.*4. *con. Parmen.* Naz. *or.*39. Cryſ. Theoph. Euth. *Matth.*3. D. Thom. 1. *d.*16. *art.*3. *q.vn.* Cai. Ianſ. Lyran. Abul. &c. columbam illam non fuiſſe veram, quàm quod aiunt Tertul. *de car. Chriſti. cap.*3. Aug. *de ago. Chriſtiano c.*22. Anſel. *Matth.*3. Hug. Card *Tom.*1. nonnulli ex Scholaſticis 1. *d.*16. ac D. Thom. *hic art.*7. fuiſſe veram. Et quidem eodem modo loquitur Aug. de columba, ac de igne in die Pentecoſtes: at omnes docent, non fuiſſe verum ignem; ergo non fuit vera columba. Porrò certũ eſt eam apparuiſſe Ieſu iam baptizato, quod elicitur ex *Matth. &* *Luc. cap.*3.

4. Sicut certum eſt vocem, quæ audita eſt, non fuiſſe veram vocem, id eſt, ſonum, per organa vitalia ex gutture, &c. vt Aug. notat q.102. ita certum eſt fuiſſe verũ, & realem ſonum, ad modum articulatæ vocis formatum. Qui auditus eſt non ſolùm à Chriſto, & Ioanne, ſed etiam à cæteris omnibus circunſtantibus.

5. Chriſtus quando baptizatus eſt à Ioanne, non inſtituit ſuum Baptiſmum, ſed præfigurauit ſanctificando, id eſt, deſtinando ad ſanctificationem, elementũ aquæ.

nonnulli ex Scholaſticis 1.*d.* 16.ac D. Thom. *hic art.7.* fuiſſe veram. Et quidem eodem modo loquitur Aug.de columba, ac de igne in die Pentecoſtes:at omnes docent, non fuiſſe verum ignem; ergo non fuit vera columba. Porrò certū eſt eam apparuiſſe Ieſu iam baptizato, quod elicitur ex *Matth.* & *Luc. cap.3.*

4. Sicut certum eſt vocem, quæ audita eſt, non fuiſſe veram vocem,id eſt, ſonum, per organa vitalia ex gutture,&c. vt Aug. notat *ep.*102. ita certum eſt fuiſſe verū, & realem ſonum, ad modum articulatæ vocis formatum. Qui auditus eſt non ſolùm à Chriſto, & Ioanne,ſed etiam à cæteris omnibus circunſtantibus.

5. Chriſtus quando baptizatus eſt à Ioanne, non inſtituit ſuum Baptiſmum, ſed præfigurauit ſanctificando, ideſt, deſtinando ad ſanctificationem, elementū aquæ.

DISPVTATIO XXVIII.

De vita Chriſti ratione.

1. SIcut Chriſtus, cùm habuerit præceptum moriendi pro hominibus, probabile eſt eandem rem voto firmaſſe, vt innuunt Hieron. Aug. Baſ. Theod. in illud Pſalm. 21. *Vota mea*, &c. Ita probabile eſt Chriſtum in primo inſtanti conceptionis ſuæ, quando ſe, ſuáſque actiones omnes in hominum redemptionem Deo vouit, etiam perpetuæ virginitatis votum nuncupaſſe.

2. Circa paupertatem, dico aliquo tempore vitæ ſuæ Chriſtum habuiſſe aliquarum rerum dominium ſaltem in communi, Ioan. 4. *Diſcipuli abierunt in ciuitatem, vt cibos emerent.* Item aliquo tempore habuiſſe dominium proprium, & in particulari aliquarum rerum,

tum, quando ſcilicet diſcipulos adhuc non habebat, & tamen ipſe de ſuo viuebat. Tertiò dico aliquo tempore, ſcilicet in paſſione ſua, cùm etiam veſtibus ſe expoliari permiſit, omnium rerum tam in communi, quàm in particulari proprietate caruit, non quidem ex voto, (hoc enim numquam emiſit, quia etiam in nocte cœnæ loculos habebat,) ſed actu ipſo paupertatem expertus eſt. & ita conciliantur Nicol. IV. *in cap. exijt, de verb. ſign. in 6.* & Ioan. XXII. *in extrauag. Ad conditorem.* Dicimus tamen cum Med. *hoc loco*, quòd aſſerere votum emiſiſſe paupertatis non eſt omnino improbabile. Suar. *§. ex his conſtat.*

3. An aliquando mendicauerit? Caiet. *Matth. 5.* Med. *hoc loco.* Caſtro *lib. 10. v. mendic.* negant: tum quòd nihil tale legatur in Euangelio; tum quòd *Ioan. 14.* egenis erogaſſe ſcribit. Oppoſitùm defen-

dit VVald.*lib.4.dicto tit.antiq.c.3.* & 4. Six.Sen. *lib.6. annot.* 118. & 137.Pighius *con.Eraſm. lib.5.*Cathar. *lib.2. con.Caiet.* Fauent iſtis S.Bonaū.& Bern.qui piè colligunt Chriſtum triduo illo, quo duodennis ſeceſſit à parentibus,emendicatò vixiſſe. Vtraque opinio eſt probabilis, vtraque incerta,vt incertum eſt etiam Apoſtolos mendicaſſe.

4. Licèt externè non auſteram, ſed communem vitã egerit, vt faciliùs omnes lucrifaceret. Chryſ. *hom.*38. *in Matth.* Aug. *lib.*36. *con. Fauſt.cap.*11. quòd ſecretò tamen multis modis,v.g. cilicio, humicubatione,verberibus, &c. carnem ſuam afflixerit,vt pro nobis ſatisfaceret,& peccata noſtra defleret; incertum eſt, & profectò non neceſſarium; incredibile tamen, aut indecens non videtur.

5. Siue dixeris nudis aliquando pedibus ambulaſſe Chriſtum, vt

cenſet

cenſet Bon. *opuſc. de hac re tom.* 1. Lyr. *Ioan.* 1. & Replic. *Marc.* 1. Abul. *q.* 68. *in* 3. *Matth. & q.*49. *in* 20. *c. Exod.* & Hieron. *epiſt.* 22. §. *Moyſes, & Ieſus Naue*, &c. ſiue calceis, aut ſandaliis ſemper vſum, eo quòd communi Iudæorum more viueret, vt docent Burg. *Marc.* 1. *add.* 1. Caiet. *Luc.* 3. Ianſ. *cap.* 55. Tol. *Ioan.* 1. *annot.* 65. Aug. *ſerm.* 42. *de ſanctis.* vtrumque probabile erit: hoc tamen probabilius.

DISPVTATIO XXIX.

De Chriſti tentatione.

1. CHriſtum ante quadraginta dies eſuriiſſe, vt Caiet. *Matth.* 4. cenſet, improbabile eſt, & vt minimùm temerarium: quia repugnat verbis Euangelij, *Poſtea eſuriit*, quicquid dicat Med. *hoc*

loco, exiſtimans probabilem Caietani ſententiam.

2. Tentatum Chriſtum non ſolùm iis tentationibus, quas poſt ieiunium illatas fuiſſe Euangelium narrat, ſed aliis etiam modis illis quadraginta diebus, cenſent Beda *lib.* 1. *in Marc. cap.* 5. Orig. *hom.* 29. *in Luc.* Euſeb. *lib.* 9. *demonſtr. cap.* 7. Euthym. *Matth.* 4. D. Thom. & Caiet. *art.* 3. *ad* 2. & Ianſ. *cap.* 15. *concord.*

3. Chriſtus verò corporaliter, non autem imaginariè ductus fuit ſupra pinnaculum templi, & ſupra montem excelſum. Ita littera Euangelij., & omnes Patres. lege Gregorium *hom. in c. Matthæi* 4.

4. In momento, hoc eſt, breui tempore, oſtendit ei Sathan omnia regna mundi, non quidem imaginaria cognitione, ſed, vt ait Euthym. & Chryſ. *hom.* 5. *imperf.* digito ei demonſtrans partes orbis, in quibus mundi regna ſita erant, di-

cens: In hac parte eſt Regnum Romanorum, in illa Perſarum, &c.

5. Quod Cypr. *ſer. de tent.* Orig. *hom.* 31. *in Luc.* Anſel. *Matth.* 4. aiunt non à Dæmone, ſed à proprio ſpiritu, id eſt, virtute animæ ſuæ Chriſtum ſupra templum, & ſupra montem deductum, minus probabile eſt, & minus conſentaneum verbis Euang. quàm id, quod Greg. *hom.* 16. Chryſ. *hom.* 5. D. Thom. *hic art.* 4. *ad* 7. & alij aiunt ab ipſo Dæmone tranſportatum, inuiſibiliter tamen, ne magus videretur. Et poſt tentationes credibile eſt redúctum eſſe in deſertum è monte, in quo tentatus fuerat, non quidem à Dæmone, ſed vel Angelorum miniſterio, vel ſua virtute.

DISPVTATIO XXXI.

De Chriſti doctrina, & miraculis.

1. SI Dęmones ſpeciali Dei prouidentia impediti non fuerunt (vt certè probabilius eſt impeditos non fuiſſe ſaltem aliquo tempore vitæ Chriſti, id eſt, tempore prædicationis, vt omnes ferè Patres docent, præter vnum Carthuſ. *Luc.*4. *&* *Mar.*1.) ne Chriſtum agnoſcerent, conuicti ſunt ad credendum, & aſſentiendum illum eſſe verum Meſſiam. Hæc cõcluſio eſt D.Thom. *hîc q.*44. *art.*1. *ad* 2. *& q.*47. *art.*3. & Caiet. Probatur ratione; quia Dæmon euidenter cognoſcebat veritatem miraculorũ Chriſti, & in eius natiuitate Angelos nunciantes natum eſſe Saluatorem, qui eſt Chriſtus Dominus, quos certò ſciebat non

poſſe

poſſe mentiri, vtpote beatos. Item videbat Chriſtum facere miracula in confirmationem huius veritatis, iuxta illud: *Vt credant homines, quia tu me miſiſti*, Io. 11. Denique ſciebat, quæ in Scriptura prædicta fuerant ſigna, & miracula Meſſiæ, & cernebat ea omnia adimpleri per Chriſtum.

2. Hinc ſequitur, quòd & eius diuinitatem cognouerit, maximè poſt reſurrectionem, cùm iam omne genu illi flecteretur, cæleſtium, &c. licèt ante paſſionem fortaſſe interdum vel ob magnitudinem myſterij, cùm non omnia conſideraret, ob ſuam prauam diſpoſitionem, vel hæſitaret, vel etiam dubitaret. D. Thom. *loc. cit.* Tert. *con. Prax. c. 26.* Chryſ. *hom. 29. in Mat.* Naz. *or. 42.* Athan. *de Incar.* Greg. *lib. 33. mor. c. 7. &c.*

3. Illud, quod obiiciunt aliqui ex 1. Cor. 2. *Si cognouiſſent, nūquam Dominum gloriæ crucifixiſſent*, non

 obſtat,

obſtat, tum quòd interpretari poteſt de Iudæorum principibus, vt Orig. Tertull. Chryſ. Hieron. Theoph. Anſel. exponunt. Vel reſpondetur non dixiſſe Paulum ignoraſſe Dæmones Chriſti diuinitatem, ſed myſterium abſconditum in Chriſti paſſione, ſcilicet ſalutem generis humani, & euerſionem imperij Dæmonum, atque adeò maximam Dei gloriam. Ita D.Thom. *hîc, Non ideò Dæmon Iudæis crucifigere Chriſtum perſuaſit, quia Filium Dei non putauit: ſed quia ſe morte illius non prævidit eſſe damnandum.* Idem ait eleganter D.Leo *ſerm.9. de paſſ.* Dices: Si cognouit eſſe verum Deum, vtique cognoſcere poterat eſſe & ſuæ tyrannidis euerſorem, &c. Reſpondetur id quidem vel ipſa nocte paſſionis ſuſpicari cœpiſſe, atque egiſſe cum vxore Pilati, vt Chriſtus abſolueretur, vt Ber. *ſer.1. de reſur.* Anſel. Lyr. Caiet. *in c.27.*

Matth.

Matth. ſentiunt. Quamquam & hoc incertum ſit. nam Orig. Hil. Hieron. Chryſ. Theoph. Euthym. *in Matth.* 27. Ambr. *Luc.* 23. Aug. *ſer.* 121. Athan. *ſer. de paſſ.* cenſent non dæmonem, ſed Angelum bonum immiſiſſe ſomnium illud, non vt impediret Chriſti paſſionem, ſed vt Chriſti innocentiam Pilato nullam excuſationem habituro oſtenderet. Vel certè ob odium in Chriſtum, & nimiam ſuam ſuperbiam, & inuidiam Dæmonem non adeò perpendiſſe loca Scripturæ, quæ hoc prædicebant, vt damnum ſibi imminens perſpiceret. Vide Caiet. *hoc loco. &* 1. *ad Cor.* 2.

4. Probabilior eſt D. Thom. ſententia, Iudæos, qui non ſunt Chriſtum ſecuti (de iis enim, qui in Chriſtum crediderunt, vt de Nicodemo, Apoſtolis, Nathanaele, &c. non eſt dubium, quin fide infuſa cognouerint & Chriſtum Meſſiam,

Meſſiam, & verum Deum, præcipuè poſt reſurrectionem) ſi loquamur de plebe, nõ cognouiſſe Chriſtum, neque Meſſiam, neque verum Deum: ſi autem loquamur de principibus Iudæorum, & phariſæis, licèt non cognouerint ob altitudinem myſterij, Ieſum eſſe filium Dei naturalem, cognouerunt tamen, aut ſaltem, ſi odio non fuiſſent excæcati, cognoſcere poterant, eum eſſe verum Meſſiam. Prior pars probatur. nam Paulus in lege edoctus ad pedes Gamalielis dicit, ſe miſericordiam conſecutum, eo quòd ex ignorantia fecerit; ergo & eius præceptor Gamaliel eadem ignorantia laborauit. Adde illud Act. 3. *Scio, quòd per ignorantiam feciſtis, ſicut & Principes veſtri*, &c. Pars altera etiam probatur ex illo Ioan. 12. *Cùm tanta ſigna feciſſet coram eis, non credebãt in eum, vt ſermo Iſaiæ prophetæ impleretur: Excæcauit ocu-*

los

tos eorum,&c. Idipſum Iuſt.*q.*140. *ad Orthod.* Non obſtat autem illud Ioan. *Et me noſtis, & unde ſim noſtis*. nam Iuſt. M. exponit illud, *noſtis*, id eſt, cognoſcere poteſtis.

DISPVTATIO XXXIII.

De Christi paſſione.

1. DOlor de malo culpæ alienæ fuit vehementior in Chriſto omni dolore, & contritione hominum, immò omni dolore malorum Angelorum, & Dæmonum; quia ex parte materiæ omnia peccata ſimul, & perfectiſſimè conſiderabat: ex parte autem obiecti formalis, nullus ita Dei offenſam, hominum ingratitudinem, &c. cognoſcebat. Ex parte denique principij nemo cum tanta charitate hunc dolorem elicere poteſt, aut potuit.

2. Inte

2. Interiori triſtitia de malo pœnæ proprio, minor fuit triſtitia damnatorum, tum ſpecie, tum gradu; ſumma tamen fuit, & acerbiſſima inter humanas triſtitias.
3. Senſibilis dolor Chriſti ſummus intenſiuè fuit, non autem extenſiuè, quia multi Martyres in pluribus ſimul partibus corporis paſſi ſunt, quàm Chriſtus.
4. Sudor ſanguinis abſque ſpeciali miraculo contigit; ſed ſolùm ex vi internæ agoniæ, & ex efficaci illo actu imperato fortitudinis, quo Chriſtus complexus eſt mortem, & dolores omnes, quo timorem, ſanguinem ad cor potius attrahentem, quàm emittentem, ſuperauit. Ita Caiet. *Luc.* 22. & Suar. *ſect.* 1. fauet Ariſt. *lib.* 3. *de hiſt. anim. c.* 19. vbi ait poſſe aliquem ſudare naturaliter ſanguinem. At cùm græc. ſit ὡσεὶ θρόμβοι, quæ vox grumum craſſiorem ſignificat, nec veriſimile videatur craſſio

craſſiores etiam guttas vſque ad terrã ex vi naturalis doloris profluiſſe; ideo Ianſ. cenſet id miraculo tribuendum. Vtrumque eſt probabile, & Ianſ. quidem fauet Hilar. 10. *de Trinit.* Tu vide hîc Maldonatum, & Lucam Burgenſem.

5. Petri audacia in abſcindenda auricula Malchi non poteſt ſecundùm ſe conſiderata excuſari, non ſolùm quia erat contra Chriſti voluntatem, ſed etiam, quia cùm non poſſet vno mucrone Chriſtum defendere à tot militibus, videtur temeraria quædam aggreſſio, & iræ impetus, aut vindictæ. Itaque res ipſa non eſt excuſabilis: an autem perſona ſit excuſatione digna, incertum eſt, & in re incerta probabilius eſſe iudico potuiſſe Petrum ex nimio feruore, & amore non conſiderare omnes rationes has, ac proinde ob inuoluntariam, & inuincibilem inconſiderationem nihil peccaſſe.

6. Petrus

6. Petrus negauit ter Chriſtum, non autem quater, aut ſexies, vel etiam ſepties. Hæc concluſio aſſeritur ab omnibus Patribus com. Caiet. *Io.* 18. & Carthuſ. *Matth.* 27. Peccauit autem mortaliter. Aug. *tract.* 113. *in Io.* Chryſ. *hom.* 83. *in Matth.* Non quidem fidem, ſed charitatem amiſit. Aug. *ibid.* Cyr. *lib.* 12. *c.* 1.

7. Chriſtus reſpexit Petrum oculis corporeis. Chryſ. *hom.* 86. *in Matth.* Euthym. *c.* 66. *in Matth.* Theoph. *Luc.* 22. Maxim. *hom. de neg. Petri*, & elicitur ex Luc. 22. *& conuerſus Dominus reſpexit Petrum.* Qui verò Patres aſſerunt dici non poſſe, quòd corporis oculis Chriſtus reſpexerit Petrum, eo quòd Petrus negâuit deorſum in atrio, Chriſtus autem erat ſuperiùs in interiori parte domus, id probabiliter iidem interpretantur de interiori aſpectu, ſeu auxilio, quo Chriſtus Petrum ad pœnitentiam

tiam excitauit. Ita Aug. *lib.*3. *de conſ.Euang. c.*6. & *lib.*1. *de gratia Chriſti c.* 45. Ambr.*ſup. Luc.* Bed. *ibid.* Leo Papa *ſerm.* 9. *de Paſſ.* & *ſerm.*3. Prior autem expoſitio eſt magis literalis; & ad obiectionem reſpondetur, vel Chriſtum eductum foras, & in tranſitu reſpexiſſe Petrum, vel tertiam negationem non fuiſſe factam in atrio, ſed alibi, vbi Petrum aſpicere Chriſtus potuit.

8. Numerus flagellorum incertus. Illud ferè certum exceſſiſſe quadraginta, quia Chriſtus non more Iudæorum, ſed Romanorum flagellatus eſt. Non eſt autem probabile fuiſſe vltra quinque millia, tum quia tot verbera ſuffeciſſent ad necandum Chriſtum, quod erat contra intentionem Pilati, tum quòd reuelatio illa facta cuidam piæ fœminæ, quam referunt Eckius *ſer.de paſſ.* & Ludolph. *in vita Chriſti* 2.*p. c.*58. non dicit

 de

de numero flagellorum, ſed de numero vulnerum paſsionis.

9. Caluariæ mons vel à Caluaria Adæ, vt quamplures Patres, vel à capitibus damnatorum, qui ibi truncabantur, vt Hieron. *Eph.*5.*&* *Matth.*27. In eodem monte Abrahæ fides in ſacrificio Iſaac probata eſt. Aug. *ſer* 71. Hieron. *Mar.* 15. Bed. *de loc. ſanct. c.*2.

10. Latrones duo, & ipſi clauis confixi, tum quòd in inuentione crucis, cruces erant ſimiles, tum quòd id in vſu crucifigendis: tum denique quòd id aſſerunt Greg. l.8, *mor. c.*23. Chryſ. *hom. de cruc. &* *latr.* Aug. *hom.*130. *de temp.* Quare meritò taxat Abul. *parad.*3. *c.* 44. pictores, qui aliter pingunt. Tu vide præterea Lipſium & Gretſerum de Cruce.

11. Latro bonus non egebat Baptiſmo, quia nondum vrgebat neceſſitas Baptiſmi. & quod Aug. ait *lib.*4. *de Bapt. cap.* 22. fortaſſe baptizatum

ptizatum fuiſſe aqua manante de latere Chriſti, improbabile eſt, tum quòd nullus fuiſſet baptizans, quia Chriſtus erat mortuus, neque forma, neque etiam è latere dextro (ad quod, vt aiunt, hærebat latro) effluxit aqua, ſed è ſiniſtro, vt dicemus infrà. Idem tamen ait Chryſoſt. *hom. de regreſſu Conſtant.*

12. Titulos etiam crucibus latronum ſuperpoſitos non eſt improbabile: oppoſita tamen ſententia eſt probabilior, & aſſeritur à Chryſ. *hom.* 84. *in Ioan.* Euthym. Theophyl. &c.

13. Eodem die naturali fuiſſe latronem admiſſum in Paradiſum, ideſt, ad claram Dei viſionem, eſt de fide. At ſi quis aſſerat poſt mortem habuiſſe aliquid purgandum, atque ita per aliquot horas fuiſſe in purgatorio, nihil diceret contra fidem: verùm tutius eſt credere ſtatim fuiſſe beatum, & hoc fortè ſenſu Ambr. & Aug. vo-

cant Martyrem,ideſt,plenam aſſecutum remiſſionem, quæ per Baptiſmum, & martyrium obtineri ſolet.Suar. *in art.* 11.*q.*46.

14. In cruce Chriſtus nullo modo teſtamentum condidit, ſed iam in cœna conditum,& ſanguine incruentè immolato obſignatum, rurſus cruentè effuſo,confirmauit, & obſignauit. Itaque in cœna nouum Teſtamentum condidit, quia ibi ſua omnia,nempe ſuũ corpus,& ſanguinem, & totũ ſeipſum Eccleſiæ reliquit,ídque ſignificant illa verba:*Hic calix nouum Teſtamentum eſt in meo ſanguine*,&c.

DISPVTATIO XXXVIII.

De Chriſti morte quoad ſubſtantiam,& cauſas eius.

1. AN Chriſti mors fuit naturalis, vt naturalis diſtinguitur

guitur à miraculoſa? Quod ait Gab. *ſect.* 82. *in Can.* fuiſſe miraculoſam, eò quòd receſſit à corpore antequam per naturales diſpoſitiones ad eum terminum perueniret, iuxta illud Io. 12. *Ego pono animam meam, & nemo tollit eam à me*; & Cypr. lib. de idol. van. *Crucifixus preuento carnificis officio ſpiritum ſponte dimiſit*, &c. Hæc, inquã, ſententia nullo modo eſt probabilis, & ex ea multa abſurda ſequentur; nempe Chriſtum non eſſe à Iudæis occiſum; quia reuera non fuiſſet mortuus ex vi vulnerum ab eis inflictorum. Neque ſatis eſt, quod ait Gabr. inflixiſſe vulnera, ex quibus mors eſſet ſecuta, niſi Chriſtus præueniſſet: nam licèt id ſatis fuerit ad culpam internam homicidij, non tamen eſt ſatis, vt verè dicantur exteriùs occidiſſe; quia de facto non eſſet ſecuta mors Chriſti ex eorum actione; ſicut Saul 1. *Reg.* 31. vulneratus

quidem fuit lethaliter ab hoſtibus, tamen quia præuenit occidi ab Amalecite, ab ipſo Amalecite interfectus dicitur 2 *Reg* 1. non autem ab iis, qui priùs eum læſerant. Præterea ſequeretur Chriſtum ſeipſum interfeciſſe, &c. Dicendum igitur animam Chriſti non prius deſeruiſſe corpus, quàm in illo fuerit ſufficiens cauſa, id eſt, diſpoſitio talis, cum qua non poſſet anima tale corpus informare: imò probabile eſt non ſtatim mortuum eſſe Chriſtum, ac corpus habuit ita debilitatum, vt naturaliter non poſſet ab anima informari, ſed miraculosè aliquo tempore vitam conſeruaſſe. Quod videtur dicere D. Thom. *quol.* 1. *art.* 3. & Caiet. *Matth.* 26. & hoc pacto rectè intelliguntur omnia, quæ ex Patribus, & Scriptura afferuntur. Neque verò ex hoc modo dicendi ſequitur mortem, ſed tantùm delationem mortis, fuiſſe miraculo

miraculoſam. Quæ autem obiiciuntur ſacræ Scripturæ loca, intelligi debent, Chriſtum fuiſſe Dominum vitæ, & mortis, atque adeò ſponte non reſtitiſſe illis doloribus, & vulneribus, quibus tamen ſponte permiſſis naturaliter ſecuta fuit mors. Quod vt oſtenderet voluit paulò antequam expiraret voce magna clamare: *In manus tuas*, &c. Qui quidem clamor non naturalibus viribus, ſed miraculo prouenit.

2. Numquid fuit naturalis, vt diſtinguitur à violenta? Reſpondetur negatiuè, quia violenta dicitur mors, quæ fit per applicationem cauſæ extrinſecæ corrumpentis, vt in Chriſti morte euenit. Fuit igitur violenta: non tamen coacta; quia coactum opponitur appetitui elicito: violentum autem naturali; vis autem illata Chriſto non fuit propriè coactio, quia ipſe voluntate abſoluta non reſtitit:

fuit autem violenta, quia fuit contra naturalem inclinationem. Hac egregia diſtinctione expone illud: *Tranſeat à me calix*; quod naturali appetitu dixit; & *non quod ego volo, ſed quod tu*; quod elicito protulit.

3. An fuerit naturalis, id eſt, neceſſaria, vt diſtinguitur à libera? Reſpondetur fuiſſe liberam, quatenus ſupernaturali virtute illam ſuperare poterat, & impedire, & noluit. D. Thom. 47. *art.* 1. *& quol.* 1. *art.* 3.

4. Quænam ſubſtantialis vnio in morte Chriſti diſſoluta eſt. Reſpondetur, vnio animæ, & corporis. hoc eſt de fide, alioqui non fuiſſet mortuus. Hinc ſequitur primò, deſiiſſe eſſe humanitatem, quia de eſſentia humanitatis eſt vnio animæ, & corporis. Secundò, Verbum in illo triduo non fuiſſe hominē, quia homo humanitate conſtituitur. D. Thom. & reli

reliqui omnes Theologi *in 3. d.* 22.contra Magiſtrum, & Hugonem in hoc grauiter errantes.

5. Non tamen ſecuta eſt in morte Chriſti ſeparatio diuinitatis à corpore, & anima. Eſt de fide, & colligitur ex Symbolo; vbi Chriſtus dicitur crucifixus, mortuus, & ſepultus, ratione vtique communicati idiomatis ob hypoſtaticam vnionem. Confirmatur ex illo Dam.3.de fid.c.27. *Quod Deus aſſumpſit, nunquam dimiſit*; quod probat D.Thom.*q.*50.*art.*2. Quia Deus neminem priuat gratia illi conceſſa, abſque eius culpa: quod intelligitur, niſi deſtruatur ſubiectum, quod recepit illam gratiam: vt, v.g. ſi homo qui recepit gratiam adoptionis, moriatur. At hîc per Chriſti mortem non fuerunt deſtructa neque anima, neque corpus, quibus præcisè, & immediatè facta fuit gratia vnionis hypoſtaticæ; ſed tantùm humanitas ex

iis vnitis reſultās deſtructa eſt;ergo, &c. Vide Suar.*q.*50.*a.*2.gratia autem vnionis facta eſt corpori,& animæ Chriſti ; ergo, &c. quæ eſt ratio Nyſſ.*or.*1.*de reſur.*

6. In corporis Chriſti materiam introducta eſt noua forma cadaueris : denominatur autem idem corpus, quod fuerat viuum, quia fuit idem non ſolùm quoad materiam, ſed etiam quoad quantitatem, & omnia accidentia ſenſibilia,à quibus corporis ratio, & denominatio præcipuè ſumi videtur, etiam quatenus corpus ſignificat compoſitum ex materia,& forma: & ratio eſt.nam prima ratio quantitatis, & corporeæ molis eſt materia : forma autem cadaueris non per ſe intenditur, ſed per accidens introducitur, ne materia maneat ſine forma. Adde,quòd illa materia retinens priorem organizationem, retinet etiam habitudinem ad priorem formam, & hæc ſatis ſunt,

ſunt, vt illud dicatur ſimpliciter idem corpus. Præterea in Chriſto illud fuit ſingulare, quòd fuit etiam corpus illud omnino idem ex parte ſuppoſiti. Hæc eſt ſententia D.Thom. *hîc*, & quidem probabilior, quàm illa Henr.& Scot. exiſtimantium nullam formam ſubſtantialem introduci, dum quis moritur, ſed recedente anima manere formam corporeitatis ſolam, eámque ad materiam conſeruandam ſufficere. Item eſt probabilior, quàm illa Marſ. 3.*q.* 3. *art.* 1. & Henr. (id quidem Henr. cenſet probabile, ſed abſolutè tuetur priorem Scoti ſententiam,) qui licèt negent formam corporeitatis, atque adeò non poſſe in aliis corporibus manere nudam materiam, ſed neceſſariò introduci formam cadaueris; tamen in Chriſti corpore exiſtimant manſiſſe illud poſt mortem abſque illa forma ſubſtantiali ex diuino miraculo.

7.For

7. Forma cadaueris, atque adeò illa natura integra ex illa forma, & materia compoſita non fuit aſſũpta à Verbo, eſt D. Thom. *q.* 50. *art.* 3. *ad* 3. Bonau. *art.* 1. *q.* 2. Ricc. 3. *d.* 21. *art.* 1. *q.* 2. *ad* 2. Ratio eſt, nam aliâs ſequeretur communicatio idiomatum, & dici potuiſſet in illo triduo, Deus cadauer. Item ſequeretur aliquam naturam aſſumptam, poſtea, nempe in die reſurrectionis fuiſſe dimiſſam. Dices: Deus non poterat dici materia, aut ſanguis, & tamen hypoſtaticè aſſumpſit materiam, & ſanguinem, &c. ergo eodem modo neganda eſt communicatio idiomatum, ſi aſſumpſiſſe dicatur naturam illam cadaueris. Reſpondetur naturam integram cadaueris non eſſe partem alterius, ſicut materia, forma, aut ſanguis; ſed eſſe per ſe naturam integram, licèt imperfectam, & ideo videtur ſatis eſſe, vt ex illa reſultet communicatio idio-

idiomatum, ſicut reſultaret aſſumpta natura ignis, vel lapidis, &c.

8. Non tamen reſultauit ſuppoſitum creatum ex illa forma cadaueris,& materia: nam quamuis ex natura rei ex materia,& forma vnitis reſultet ſubſiſtentia totius, cuius compoſitionem ingreditur partialis ſubſiſtentia materiæ: tamen quia materia corporis Chriſti ſubſiſtebat ſubſiſtentia Verbi, quæ non poteſt eſſe pars, ſeu nouam ſubſiſtentiam componere, ideo ex vi præcedentis vnionis talis materiæ ad Verbum impedimentum fuit poſitum, ne aduenientе forma cadaueris reſultaret ſubſiſtentia totius; itaque illa forma cadaueris non ſubſiſtebat neque creata, neque increata ſubſiſtentia,ſed per inhærentiam, vel inexiſtentiam vnita erat materiæ.

9. Ex Chriſti latere exiuit vera aqua, non autem phlegma,vt quidam

dam damnati ab Innoc. *c. in quadam, de celebr. Miſſ.*) verus item ſanguis. Eſt de fide. Id accidit miraculosè ad myſterium Baptiſmi redemptionis, & veræ naturæ humanæ declarandum. Tres ſunt, qui teſtimonium, &c. *Io.* 5. Spiritus, id eſt, anima, quã efflauit; aqua, vnum è quatuor elementis; & ſanguis, vnus è quatuor humoribus.

10. Fluxerunt impermixta, & diſtincta, priùs ſanguis, mox aqua. Cypr. *ſerm. de paſſ.*

DISPVTATIO XLII.

De ſtatu animarum ſanctarum ante Chriſti mortem.

1. DE fide eſt, nullam animam iuſtam vidiſſe beatificè diuinam eſſentiam ante Chriſti mortem. *Hebr.* 11. Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti, non ac-

ceptis

ceptis repromiſſionibus, ſed à longè eas aſpicientes. & ibi D. Thom. & Anſel. item Innoc. *in c. maiores, de baptiſmo.*

2. Animæ illæ in limbo retinuerunt fidem, & ſpem; ſequitur hoc: nam in iis tunc nihil erat, quod eas virtutes expelleret: præterea id dicitur de animabus purgatorij; ergo multò magis de iis, quæ erant in ſinu Abrahæ.

3. Nec venialiter quidem peccare poterant. Aug. *lib. 12. de Gen. ad lit. c.* 34. Ratio eſt, quia erant in termino; item nec mereri, ex eadem ratione.

4. Hanc impeccabilitatem non ex virtute aliqua intrinſeca, & inhærente, ſed ex diuinæ gratiæ protectione habebant: quomodo autem cum hac liberè poſſent operari, vide *tom. 1. diſp* 37. *ſect.* 3. Inſtantem verò ſalutem ex reuelatione cognouiſſe, patet ex Ber. *ſer. de Aſſumpt. B. V.* apud Coſter. *med.* 2. qui

ait,

ait, Natiuitatem B.V. ſanctos Patres ſenſiſſe, & gauiſos fuiſſe proxima eorum ſalute.

DISPVTATIO XLIII.

De deſcenſu Chriſti ad Inferos.

1. IN eodem inſtanti, quo Chriſtus eſt mortuus, animæ ſanctorum Patrum viſione Dei beatificatæ ſunt. Patet hoc, tum ſi dicamus animam Chriſti motu diſcreto peruaſiſſe ab extremo ad extremum in eodem inſtanti ſine medio: vt videlicet mortuus per primum non eſſe in corpore, in eodem inſtanti per vltimum non eſſe fuerit in Inferno. Qui motus diſcretus, & inſtantaneus abſque tranſitu per medium, etiamſi negetur animæ ſeparatæ, & Angelis (vt quibuſdam placet) virtute naturali;

naturali, tamen Chriſti animæ id virtute ſupernaturali negandum non eſt. Vel ſi motu continuo è corpore peruenit ad Infernum, dicendum eſt in primo inſtanti ac è corpore egreſſa Chriſti anima eſt, fuiſſe beatificatam, etiamſi in illo primo inſtanti Chriſti anima verè nondum peruenerat ad Infernum. Hæc autem beatificatio tribuitur ſuo modo deſcenſui Chriſti, quia ab eo primo inſtanti cœpit illuc pergere, quamuis nondum illuc perueniſſet.

2. Nullam ab Inferno animam damnatam, nec à limbo puerum in originali defunctum, eripuit ſuo Chriſtus ad Inferos aduentu. Eſt ferè de fide, præcipuè ſi intelligatur vniuerſaliter.

3. E purgatorio autem probabile eſt vel omnes eripuiſſe, quod placuit Marſ. 3. *quaſt.* 13. *art.* 2. *dub.* 3. Argen. ab eo relato Maiori 3. *d.* 21. Gab. *ibid. dub. vlt.* Sot. *d.* 15.

*quaſt.*1.*art.*1. Gerſ. *alph.*83. *lit.F.* Quódque videtur aſſerere Eccleſiaſticus c. 24. *Illuminabo omnes ſperantes in Domino.* Idque Anſel. *in Elucid.* Aug. *ſer.*137. *de temp.* & Greg. 13. *mor. c.* 20. ſignificans, vel nullam eripuiſſe, quod placuit Bon. 3. *d.* 22. *quaſt.* 5. Vigu. *c.* 16. §. 4. eò quòd cùm nulla Patrum, aut Scripturæ auctoritas planè vrgeat, & aliunde ſtet lex generalis diuinæ iuſtitiæ, vt qui in hac vita non ſatisfecit, in alia ſatis patiatur, non poteſt affirmari probabiliter id quod huic legi repugnat; vel aliquos tantùm eripuiſſe, quod placet D. Thom. *hic q.* 52. *art.* 8. Caiet. & aliis Thomiſtis. Durando item 3. *d.* 22. *quaſt.* 4. Palud. *quaſt.* 3. Turr. *lib.* 4. *con. Magde. c.* 12. eo fundamento, quòd ſicut Chriſtus moriens latroni ſpecialem impertiuit gratiam; ita, &c. propter aliquam ſpecialem rationem meriti, & deuotionis. Adde,

quòd

quòd ſuffragia Sanctorum iuuant animas purgatorij, vt citiùs liberentur. ergo multo magis Chriſti oratio, & voluntas aliquas tunc liberauit, quæ magis erant diſpoſitæ.

4. An autem Chriſtus reali præſentia ad omnia infera loca deſcenderit, dicendum eſt, non deſcendiſſe realiter, niſi ad limbum Patrum. Porrò Bellarmini ſententia *lib.4. de anima Chriſti c. 16.* quòd etiam ad Infernum damnatorum deſcenderit reali præſentia, noua eſt, non tamen improbabilis, aut erronea, vel temeraria; nec locus *Eccl.24.* ſaltem de purgatorio vrget: nam non conſtat, ibi ad literam eſſe ſermonem de Sapientia incarnata. Item ad adducendas purgatorij aliquot animas, ad ſinum Abrahæ, & ad eas illuminandas non opus erat, vt ad purgatorium deſcenderet, ſed tantùm vt ſuam voluntatem, & im-

perium manifeſtaret. Triduo fuit toto in Inferno, id eſt, limbo, Matth. 12. *Erit filius hominis in corde terræ tribus diebus.* Eſt de fide. Ad illud autem quod obiiciunt, *Hodie mecum eris in Paradiſo*; reſpondetur ex expoſitione Athanaſij, *epiſt. ad Epict.* Aug. *lib. de Gen. ad lit. c.* 34. Pruden. *hymn. de exeq. defunct.* Paradiſum ibi intelligi ſinum Abrahæ, id eſt, limbum Patrum.

DISPVTATIO XLIV.

De Reſurrectione, vt ſic, & in genere.

1. RESurrectio eſt mutatio (qua differt à recreatione) ſubſtantialis, (reparatio enim accidentis eiuſdem non poteſt verè dici reſurrectio,) qua id, quod priùs extiterat, & corruptum erat, idem

idemmet iterum producitur: ſi enim producatur alterum, erit multiplicatio, non autem reſurrectio.

2. Neceſſe eſt ad veram hominis reſurrectionem, vt id, quod reſurgit, eandem numero animam habeat, nedum eandem rationalem, ſed eandem quoque ſenſitiuam, & vegetatiuam, etiam in opinione eorum, qui ponunt plures formas: dummodo non opinentur (vt quidam) non poſſe per diuinam potentiam reparari eandem numero materialem formam, quod licèt non ſit impoſsibile, non tamen eſt verum.

3. Neceſſaria eſt etiam eadem numero materia corporis reſurgentis, & mortui, præſertim ſi conſideretur reſurrectio non ſolùm in ordine ad terminum (vt cùm dicimus, reſurgit Lazarus,) ſed etiam in ordine ad ſubiectum, vt certè debet conſiderari, cùm ſit

mutatio, quæ eſſentialiter requirit ſubiectum. Hoc dictum eſt con. Dur. 4. *d.* 44. *quæſt.* 1. Fundatur autem in locis illis *Luc.* 21. 1. *Cor.* 15. *Iob* 19. *Iſa.* 23. quæ promittunt reſurrectionem eidem numero corpori, iiſdem membris, oſsibus, &c. & in auctoritate omnium Scholaſticorum, & multorum Patrum. Ratio eſt, quia ſicut materia eſt de eſſentia hominis; ita eadem materia eiuſdem hominis. Aliàs eſſet potius Pythagorica tranſmigratio animarum, quàm vera reſurrectio.

Ad obiectionem illam: ſi quis veſcatur toto vitæ tempore carnibus humanis, &c. Reſpondetur in reſurrectione reſtitui illam ſaltem partem materiæ, quæ fuit illi propria à principio, & quæ non effluxerit: alias autem partes ex aliis hominum comeſtorum materiis per nutritionem coagmẽtatas, reſtituendas eſſe illis, quorum fuêre.

Denique

Denique Iuſt. *in qq. Græc.* reſpondet, ob has nugas non eſſe reſurrectionem in dubium reuocandam, ſed ſpectandam Dei potentiam, & prouidentiam. Hoc idem reſpondemus Dur. idipſum obiicienti, vt ſuam tueatur opinionem.

Ad alteram, quomodo reſurgere poſſit in maiori corpore, v.g. virili, qui in infantili mortuus eſt. Reſpondetur vel poſſe Deum ex quacumque parte materiæ, quantumuis minima, fabricare corpus magnæ molis, nulla facta additione ſubſtantiæ, ſed tantùm quantitatis, & aliorum accidentium, ſicut formauit corpus Euæ ex coſta Adæ; ita ſentit Nyſſ. *or.* 3. *de reſur. circa med.* & Aug. *ſerm.* 2. *de conſol. mort. cap.* 3. & quidam etiam Philoſophi. Vel ſi id videtur impoſſibile, vt certè videri debet (pars enim quantitatis reſpondet parti materiæ, atque ſi pars materiæ aufera-

tur,vel pars quantitatis auferenda eſt, vel opus eſt, vt ſine ſubiecto maneat.) Reſpondendum erit cum D.Thom. 4. *d.* 44. *q.* 1. *art.*2.*q.*4. *ad* 3.neceſſe eſſe fieri aliquam additionem materiæ, quod non erit contra perfectionem reſurrectionis, quia verè reſurget idem numero,quod cecidit,habebítque totam materiam eandem, licèt non illam ſolam. Sicut ę contra,ad veram reſurrectionem non requiritùr,vt penitus tota etiam partium ſuperfluarum materia(vt ſunt ſanguis effuſus, ſaltem ex parte, & cætera huiuſmodi, de quibus D. Thom. *ibid.*) reſtituatur: ſed ſatis ſunt partes neceſſariæ ad integrum corpus conſtituendum.

4. Non eſt neceſſe ad veram reſurrectionem, vt ſic, vt materia ſingulorum membrorum reſpectiuè ſit eadem, v. g. materia oculi defuncti reſurgat eadem numero deſeruiens oculo reſurgentis. Ita

Aug.

Aug. *in Enchir.cap.*89. *& de ciuit. Dei, lib.* 22. *cap.* 19. Anſelm. *in Elucid. & ad Eph.*4. Suppl. Gabr. *d.*44 *q.*1.*art.*1. *concl.*6. quam dicit eſſe communem Doctorum ſententiam, licèt D.Thom. *q.*1.*art.*2. *q.*3. oppoſitum teneat, præcipuè in partibus heterogeneis.

5. Si verò loquamur de reſurrectione de facto, & prout eam ſperamus fore, probabilius eſt ſeruandam eſſe eandem identitatem materiæ, non ſolùm in toto, ſed etiam in partibus, quoad fieri commodè poſſit: decet enim vt in eadem parte, quæ fuit organum virtutis, aut vitij, præmium, vel pœna recipiatur; vt nimirum oculus idem, per quem Magdalena lacrymas compunctionis effudit, reſurgat etiam oculus, quo Chriſti viſione fruatur; iuxta illud Iob 16. *Quem oculi mei conſpecturi ſunt.*

6. Si loquamur de his, quæ in rigore veram conſtituunt reſurre-

ctionem, non eſt neceſſaria reparatio eiuſdem numero vnionis animę cum corpore. Ita D. Th. *q.* 1. *art.* 1. *q.* 2. *ad* 2. quia principia, quæ ſimpliciter conſtituunt hunc hominem, ſunt materia hæc, & hæc forma: vnio autem eſt conditio, & quaſi via, & modus, &c. Sicut ſi Chriſtus nunc humanitatem dimitteret, & iterum illam aſſumeret per aliam vnionem numero diſtinctam; nihilominus perſona compoſita eadem numero eſſet, quæ antè fuerat: non quòd illa vnio ſit accidens, & ob id non requiratur, vt putat Vigu *c.* 21. §. 2. reuerà enim eſt modus ſubſtantialis, cùm ad compoſitionem ſubſtantiæ intrinſecè pertineat; ſed tamen quia non res ipſa eſt, ſed modus, meritò à D. Thom. cenſetur non neceſſariò reparandus.

7. De facto autem ſperamus, etiam eundem numero vnionis modum

dum reparandum : æquè enim facile eſt Deo eandem numero vnionem reſtituere, ſicut nouam facere. Quod probo contra aliquos negantes Deum poſſe eandem numero vnionem reparare: potuiſſet enim Deus conſeruare illam vnionem vſque ad hoc tempus ; ergo eadem ratione poterit in priori,& poſteriori tempore illam efficere,non conſeruando eam in tempore medio ; nulla enim eſt maior repugnantia, cùm conſeruare ſit reuera efficere. Item potuiſſet Deus hanc numero vnionem nunc facere,ſi ante non feciſſet : quòd autem priùs extiterit, cùm iam non ſit,non abſtulit Deo potentiam ad illam faciendam. Ad illud, quod obiicitur], huiuſmodi modos non habere entitatem propriam ; ſed ſolùm eſſe modificationem entitatis,atque adeò hunc modum indiuiduari ex eo, quòd hîc, & nunc ſit in tali re;ergo hoc

ipſo

ipſo, quod fit diuerſo tempore, & diuerſa actione, quàm prior modus, neceſſariò erit numero diuerſus: atque ſicut res ſucceſſiuæ, quæ ſemel tranſeunt, vt hæc ſeſſio, hæc circulatio, non poteſt eadem numero reſtitui etiam per diuinam potentiam, quia per ſeſe indiuiduantur, ex eo quòd hîc, & nunc fiant; ita, &c. Ad hoc, inquam, reſpondetur, aliud dicendum de his vnionibus, quæ ſunt modi permanentes, aliud de modis ſucceſſiuis: quare hi modi permanentes, ſicut & aliæ res permanentes non diſtinguuntur numero ex circunſtantiis extrinſecis, v. g. quia hîc, & nunc fiunt (ſunt enim hæc valdè extrinſeca) ſed ſe ipſis: nam eo modo, quo habent eſſe, per illum diſtinguuntur, & conſtituuntur.

8. Licèt reſurrectio ſit ſubſtantialis mutatio, & ob id conſtare poſſe videatur abſque reparatione

eorum

eorumdem numero, aut ſpecie accidentium; tamen accidentia illa, quæ intrinſecè conſequuntur ſubſtantialem vnionem, & ipſa principia ſubſtantialia, vt ſunt intellectus, voluntas in anima, quantitas in materia, &c. oportet, vt eadem numero reparetur. D. Thom. *4.d.44.q.1.art.1.q.1.ad* 3. Idipſum dico de temperamento naturali corporis humani, & de accidentibus, vt ſunt raritas, denſitas, mollities, &c. quæ ad ipſum requiruntur: hæc enim ſaltem ſpecie ſimilia reparabuntur, alioqui in errorem Eutychis, & Origenis incideremus, qui reſurrectura quidem corpora dicebant, ſed tamen impalpabilia, & aëre rariora. Conc. Tol. XI. *in conf. fid.* Caſtr. *v: Reſur. hær.2.&* 13.

9. Licèt reſurrectio ſecundùm ſe ſpectata non requirat reparationem eiuſdem ſexus (id enim accidens eſt valdè extrinſecũ,) atque

adeò

adeò poſſet Deus eundem hominé tranſmutare ab vno ſexu in alium, ſeruata eadem idẽtitate numerica ſubſtantiali: tamen propè de fide eſt eundem numero ſexum reparandum. Doct. 4. *d*. 4. Ratio eſt, quia licèt reſurrectio ſubſtantialis in modo ſit ſupernaturalis, tamẽ terminus eius eſt naturalis, & ideò, vt perfecta ſit, connaturalem in ſuo termino requirit ſtatum.

9. Numquid in inſtanti? Reſpondetur mutationẽ hanc ſubſtantialem poſſe proculdubio fieri à diuina potentia ſucceſſiuè, vel vt vnio in primo aliquo inſtanti fiat in aliqua certa parte corporis. Deinde ſucceſſiuè extendatur ad reliquas: vel vt in nullo primo inſtanti intrinſeco fiat vnio animæ ad corporis partem determinatam, ſed ſucceſſiuè, & in tempore fiat. Neuter quidem modus inuoluit contradictionem: at poſterior eſt apertè præter naturam rerum

rum ſubſtantialium, præſertim viuentium; prior verò non conuenit diuinæ virtuti, quæ, quantum in ſe eſt, efficaciter, & perfectè agit, quando ex parte illarum non eſt repugnantia, nec etiam conuenit ipſi actioni, & termino eius; eſt enim ſubſtantialis: ideo dicimus reſurrectionem eſſe mutationem inſtantaneam.

10. Mutatio verò accidẽtalis diſtinguẽda eſt: nam congregatio cinerum, quæ fiet virtute Angelorũ, requirit ſua natura ſucceſſionem, & fiet in tempore (ne miracula multiplicemus; item quia valde remotè concurrit ad reſurrectionem.) At alteratio, quæ interuenit in formando temperamento, & intenſione, ſi conſideretur reſurrectio ſecundùm ſe, poſſet fieri in tempore, vt ſua natura ordinariè requirit, quia ſufficit, vt poſt ſucceſſiuam alterationem in termino eius fiat in inſtanti reſurrectio.

Neque

Neque hoc pugnaret cum ſententia Apoſtoli 1. *Cor.* 15. De facto tamen conſideranda Dei potentia, probabile eſt fore inſtantaneam huiuſmodi alterationem. nam de ſe alteratio non requirit ſucceſſionem in ſua productione, ſed ſolùm ratione reſiſtétiæ, quam agens non poteſt ſubitò ſuperare: reſpectu autem Dei nulla eſt reſiſtentia; ergo, &c. Alia verò mutatio, quæ licèt alteratio ſit, habet adiunctum motum localem, vt eſt rarefactio, & condenſatio, licèt non obſtet inſtantaneæ reſurrectioni, ſi fiat ſucceſſiuè, quia ſatis eſt, vt in termino ſucceſſiuæ rarefactionis reſurgat in inſtanti idem homo; tamen de facto probabile eſt fore in inſtanti, vt docent Scot. 4.*d.*45. *q.* 5. & Sot. *q.*3. *art.*3. qui admittunt motum localem fieri poſſe à Deo in inſtanti, quod, quomodo eſſe poſſit, diximus ſuprà *diſp.*11.*n.*2. Dico tamen quod probabile

babile etiam eſt fore ſucceſſiuè. Nam *Ezech.*37. indicat ſucceſſionem. expende verba.

11. Numquid ita eſt ſupernaturalis mutatio, vt ſit ſubſtantialiter diſtincta à phyſica generatione? Reſpondetur cum Scot. 4.*d.*43.*q.*3. Marſ. *q.vlt. art.* 1. Henr. *quol.* 11. *q.*4. reſurrectionem eſſe naturalem quoad ſubſtantiam, & ſupernaturalem quoad modum. D. autem Thom. & communiter cæteri Theologi ſentiunt præter corporis organizationem requiri, vt Deus ſpeciali efficientia vniat animam corpori. Vide Suar. *diſp.*45. *ſect.*1. & ideo non eſſe eſſentialiter diuerſam à prima hominis productione naturali, ſed tantùm differre accidentaliter in modo organizandi, & diſponendi corpus. Id enim colligitur ex his DD. qui *locis citatis* dicunt, facta ſufficienti corporis diſpoſitione non eſſe neceſſariam nouam actionem ex-

 tinſ-

trinſeci agentis, vt anima corpori iterum vniatur, ſed ſolùm prærequiri ad vnionem, vt fiat intimè præſens corpori. nam ſtatim quaſi naturali impetu,& cauſalitate ipſa vnitur corpori,etiamſi ab extrinſeco non ampliùs vniatur.Ipſa autem anima alibi exiſtens, ſi non impediatur, poteſt virtute ſua ſe facere præſentem corpori, & omnibus partibus eius. Quæ ſententia etiam ſupponit, in hominis generatione,poſita vltima diſpoſitione corporis,& creatione animę cum intima præſentia ad corpus, non requiri aliam actionem extrinſecam, ſed ipſam animam ſtatim naturaliter ſe ipſam vnire, & quaſi cõplecti corpus. Quòd ſi dicas illam vnionem requirere aliquod principium efficiens;reſponderi poteſt eam naturaliter reſultare ab ipſa anima.

12. Entia corruptibilia,vt lapis, bos,canis,&c.non poſſe eadem numero,

mero, nec per diuinam potentiam reparari, opinati ſunt Dur. 4. *d.* 43. *q.* 3. Io. de Neapol. *quol.* 21. *q.* 6. Marſ. 2. *de gener. q. vlt.* quòd (aiunt) multiplicata actione, multiplicatur terminus: ſed actio, qua priùs fuit res producta, non poteſt redire eadem numero; ergo nec terminus. Minorem probant, alioqui res ſucceſſiuæ poſſent redire eædem numero. Reſpondetur autem ſecundùm communem ſententiam DD. 4. *d.* 43. contra Duran. Vide Sot. *diſt.* 44. *art.* 1. negando maiorem: nam nec multiplicatur actio, quia poſſet Deus ſuſpendere aliquo tempore illam actionem, qua creat, & conſeruat ens corruptibile, atque adeò annihilare illud, idémque ens iterum eadem actione reſumpta producere, & conſeruare, nullam enim inuoluit repugnantiam ex parte actionis: ſi enim illa actio poteſt eadem durare per horam inte-

gram , quæ eſt repugnantia , quod duret,ſeu fiat in extremis partibus horæ , & medio tempore non conſeruetur ? Nec ſi multipliciter multiplicatur terminus , quia poteſt Deus actionibus diuerſis eundem numero effectum priùs producere , & poſtea reproducere. Quia cùm actio ſit via ad terminum , poteſt diuerſis viis ad eundem terminum tendi. Item actio eſt dependentia effectus ab agente : poteſt autem idem effectus pendere pluribus dependentiis ab agente , ſicut idem lumen poteſt vna actione fieri ab vno luminoſo , & poſtea conſeruari ab alio, quod neceſſe eſt fieri per diuerſam actionem,ſeu dependentiam;& ſimiliter gratia nunc fit à Deo per Sacramentum, & poſtea conſeruatur ſine Sacramento,vbi neceſſe eſt dependentiam variari. Ratio denique eſt , quia actio ex natura rei eſt aliquo modo diſtincta ab effectu,

ctu,& quidam modus eius,& ideo variari poteſt circa eundem effectum numero, ſicuti alij modi variari poſſunt manente eadem re, quæ illis afficitur.

13. Licèt non ſit improbabile reſurrectionem eſſe naturæ humanæ debitam, & fieri à Deo, vt ab auctore naturæ, vt ſuam homo conſequatur naturalem beatitudinem; tamen longè probabilius eſt reſurrectionem quauis ratione conſideratam non eſſe naturæ debitam, ſola prouidentia naturali, atque adeò ſimpliciter dicendum eſſe ſupernaturalem, naturalem verò ſecundùm quid. Ita S. Thom. *d.*43. *art.*1. *quæſtiunc.*3. & Sot. latè *q.*1. *art.* 1. Ratio eſt, quia reſurrectio non eſt nata fieri alio modo, quàm ſupernaturali, ideſt, ſolo Dei imperio abſque aliis naturalibus tranſmutationibus. Addo differentiam inter animæ creationem, & reſurrectionem. Ad pri-

mam enim vnionem animæ, & corporis poſſunt agentia naturalia diſponere materiam, diſpoſitione ex natura ſua poſtulante talem formam, quocirca pertinet ad naturalem prouidentiam, & concurſum debitum, vt Deus illam infundat: at verò in ordine ad iteratam vnionem, quæ in reſurrectione fit, nihil poſſunt cauſæ naturales efficere, nec materiam ita diſponere, vt poſtulet illius animæ vnionem; ergo non poteſt reſurrectio dici ſimpliciter naturalis. Præterea vel debetur animæ ſeparatæ reditus ad corpus incorruptibile: & hoc non; quorum enim corporibus ex natura ſua mortalibus naturali prouidentia debetur immortalitas? vel ad corpus corruptibile; & ſic proceſſus in infinitũ in mortibus, & reſurrectionibus, ac præterea non appeteret ſanè anima iam ſeparata à corpore, & naturaliter beata reditum

ditum ad corpus corruptibile, & ærumnoſum. Dices, debito morali, vt quiſque vel præmium, vel pœnã demeritam habeat. At reſpondetur vel Deũ, vt ſupremum Dominũ potuiſſe nullum ſpeciale iudicium ferre, & hoc ait Scot. vel, quod tutius eſt, ſatis fore ſi anima ſeparata ſuam habeat naturalẽ beatitudinem ſitam in amore, & cognitione Dei, & corpus, ſicut in hac tantùm vita eſt inſtrumentum virtutis, ita in ea poſſet recipere aliquod præmium ſuæ actioni proportionatum, &c. Vide Cypr. *ſer. de reſur. Chriſti.*

DISPVTATIO XLV.

De Reſurrectione Chriſti.

1. CHriſtus non meruit reſurrectionem corporis ob humilitatem, qua ad Inferos deſcen-

dit: tempus enim merendi in Chriſto, ſicut & in aliis omnibus, finiit in morte, vt fusè Suar. *diſp.* 39. *ſect.* 3. ſed debebatur eius corpori vita glorioſa per ſe, ac propter ſe ratione vnionis hypoſtaticæ, & ex gloria animæ, etiamſi nobis non profuiſſet eius reſurrectio. Itaque quòd aliquando fuerit mortale, id factum eſt ex diſpenſatione propter noſtram ſalutem, atque adeò conſummata iam noſtra ſalute, & oſtenſa per triduum ſepulturæ, veritate mortis, ſtatim ab intrinſeco rediit ad vitam multò magis, quàm reducatur aqua ad priſtinam frigiditatem, impedimento ablato.

2. Vnio hypoſtatica totius humanitatis, quæ diſſoluta humanitate in morte fuit amiſſa, & conſequenter in reſurrectione reparata: vtrùm habuerit cauſam meritoriam, vide *tom.* 1. *diſp.* 10. *ſect.* 14.

3. De cauſa inſtrumentali phyſica

ſica reſurrectionis Chriſti), tum ſcilicet ad corporis organizationem, & diſpoſitionem, tum ad ſubſtantialem vnionem animæ ad corpus; dico non per miniſterium Angelorum, ſed ipſam animam Chriſti corpus diſpoſuiſſe, ſanguinem, capillos, & cutem collegiſſe, & intra ſepulchrum lapide neque remoto, neque diuiſo (quod Angeli naturali virtute facere non poterant. nam cùm ſepulchrum permanſerit ſemper clauſum vſque ad reſurrectionem, vtique non poterant illa intra ſepulchrum reponi, niſi vel tranſeundo ab extremo ad extremum ſine medio, vel penetrando corpora intermedia, quorum neutrum fieri poteſt naturali virtute Angelorum: vt ſcilicet aliquid corporeum tranſmittant abſque penetratione, vel trãſitu per medium.) collocaſſe, atque corpori adaptaſſe. Ita Patres, & Scholaſtici, qui dicunt Chriſtum

virtute propria operatum eſſe reſurrectionem ſuam, nec meminerunt miniſterij Angelorum. Et iure quidem : nam vbi erat ſufficiens proprium , & proximum principium illius altiſſimæ actionis, ſuperfluum fuiſſet extrinſecum miniſterium Angelorum. Quoad verò ſubſtantialem vnionem, licèt ſecundùm opinionem Scoti & Henrici, de qua ſuprà *n.*11. facta corporis organizatione non requiratur noua actio extrinſeci agentis, vt anima corpori vniatur; tamen iuxta aliorum opinionem dici debet, tum animam, tum corpus fuiſſe inſtrumentum ad huiuſmodi vnionis actionem faciendam. Quod certè videtur innuere D.Thom. infrà *art.*4.*ad* 3. dum dicit corpus, & animam ſe mutuo reſumpſiſſe virtute diuina, id eſt, vt inſtrumenta diuinæ virtutis.

Diſputatio XLVI. de tempore
reſur

reſurrectionis Chriſti omittitur, quæ autem dicuntur ſuprà *art.* 3. *q.*53. de reſurrectione eorum, qui cum Chriſto dicuntur ſuſcitati, *Matth.* 27. vide infrà *diſp. LX. num.*1.

DISPVT. XLVII.

De naturali perfectione corporis Chriſti reſurgentis.

1. SAnguis à Chriſto in paſſione effuſus manſit vnitus Verbo diuino. Ita D. Thom. *quol.* 5. *art.* 5. Idem contra Mayronem 4. *d.* 43. *q.* 1. & alios quoſdam. Quod tamen definitum fuiſſe à Clem. VI. refertur in Direct. Inquiſ. 2. *p.q.*10. & à Pio II. vt latè Sylu. in Roſa aur. *q.*30. *& ſeqq.* & Dominicus de Dominicis *in tract. de ſang. Chriſti.* fauet VI. Synodus *act.*16. vbi damnatur vt hæreticus, qui

qui dicebat Verbum exuiſſe carnem, & ſanguinem. Probatur ratione: ille ſanguis aſſumptus eſt, vt perpetuò maneret vnitus Verbo; ergo numquam fuit dimiſſus. Antecedens probatur: quia & ante mortem fuit aſſumptus, & poſt reſurrectionem fuit vnitus, & nunc eſt, & perpetuò erit. Sequela probatur, quia eadem eſt omnino ratio de ſanguine, ac de corpore, & anima, vt patet ex ſuprad. *diſp.* 38. *ſect.* 2. videlicet quia dona Dei ſunt ſine pœnitentia. Confirmatur, quia ſanguis effuſus dicitur infiniti valoris; ergo ob hypoſtaſim, cui erat vnitus: vnde Dam. *lib.* 2. *c.* 2. ait lignum crucis optimo iure adorari ex contactu corporis, & ſanguinis; ergo, &c.

2. Quòd ſi dicas: ſanguis ille corruptus eſt in triduo, & amiſit propriam formam ſanguinis; ergo non manſit vnitus. Reſpondetur vel negando antecedens, iuxta illud:

lud: *Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem*; quia ſicut ex vi vnionis impedita fuit vlterior corruptio, & putrefactio in corpore, ita & in ſanguine. Vel concedendo illam corruptionem per mutationem formæ, & tunc philoſophandum, ſicut ſuprà dictum eſt de corpore ſub forma cadaueris: ille enim ſanguis eo modo, quo manſit mortuus (vt ita dicam) ſeu quaſi cadauer ſanguinis, ita manſit vnitus Verbo.

3. Si qua tamen gutta ſanguinis manet nunc in terris relicta à Chriſto in paſſione, nec reaſſumpta tamquam non neceſſaria ad integritatem corporis, ea vtique licèt adoranda ſit, ob præteritam vnionem, quam habuit ad Verbum, & ob cõtactum carnis Chriſti; verè tamen nunc non eſt vnita Verbo: quia huiuſmodi ſanguis non eſt pars humanitatis Chriſti neque actu, neque potentia: ſicut etiam

etiam partes materiæ, quæ per continuam nutritionem reſoluebantur ex corpore Chriſti, & numquam erant iterum coniungendæ, dimittebantur à Verbo, quia amittebant omnem ordinem ad humanitatem. Neque obſtat illud axioma: *Quod ſemel aſſumpſit*, &c. Intelligendum enim eſt de natura per ſe primò aſſumpta, & de iis, quæ pertinent ad eius veritatem, & integritatem, non verò de ſanguinis materialibus partibus.

4. Chriſtum ita verè comediſſe poſt reſurrectionem, vt cibum in ſubſtantiam ſui corporis conuerterit, vt ait Dur. 4.*d.* 11.*q.*4. erroneum eſt: nam rectè dixit Greg. lib. 14. mor. c. 31. *Si poſt reſurrectionem aliquid in corpore Chriſti potuit immutari, non ſurrexit corpus Chriſti impaſſibile*; è contra autem falſum eſt illam comeſtionem non fuiſſe veram, ſed apparentem. Fuit enim vera comeſtio, & vitale opus,

opus, licèt cibus non fuerit digeſtus, aut in ſubſtantiam comedentis conuerſus: ſatis enim eſt ad veram, & vitalem comeſtionem, vt per vitalem actionem, & organa vitæ, cibus ore ſumptus in corpus traiiciatur. Vnde & homo dicitur verè comediſſe cibum, etiamſi paulò pòſt illum euomat integrum, atque non immutatum. Angeli autem comeſtio in corpore aſſumpto non eſt vera, ſed apparens, quia non eſt opus vitæ, nec ex virtute propriæ formæ talis corporis.

5. Ergo in corpore Chriſti glorioſo (atque adeò in cæteris Beatorum corporibus) ſunt omnes quatuor humores, quatenus ad corporis conſtitutionem neceſſarij ſunt? Theologi 4. *d.* 44. & D. Thom. *q.* 1. *art.* 1. *q.* 5. affirmant. Item omnes facultates animæ vegetantis, atque adeò humidum radicale, & calor naturalis, atque aliæ

aliæ naturales qualitates ad corpus humanum conſtituendum neceſſariæ; de quibus vide infr. *diſp.* 48. *n.* 4. & D. Thom. *quæſtiunc.* 1. *ad* 1. Et quidem fuiſſe omnes partes organicas ad actiones vegetantis vitæ à natura deſtinatas, eſt de fide: at hæ facultates re ipſa non diſtinguuntur ab organis corporis; ergo, &c. Nec obſtat, quòd ceſſet in cœlo actio talium facultatum: nam, vt rectè D. Thom. *loc. cit.* potentia non ſolùm ſeruit ad exequendam operationem, ſed etiam ad complementum, & perfectionem ipſius rei, & oſtenſionem virtutis eius, & diuinæ ſapientiæ in condendo, ſeu reparando ſuo opere perfecto. Vnde Tert. lib. de reſur. car. c. 60. *Liberabuntur membra ab officiis, ſed non ideo non erunt neceſſaria.*

6. Idem dicendum de organis, & facultatibus animæ, ſcilicet ſentientis, quæ exercet ibi actus ſuos

ſuos tum in ſenſibus internis, tum externis, vt locutionis, viſionis, auditus, olfactus, contactus, guſtus. Greg. *lib.* 18. *mor. c.* 27. aliàs 31. Aug. 22. *de ciu. Dei c.* 30. Chryſoſt. *ep.* 5. *ad Theod. circa med.* Cypr. *ſer. de nat. Chriſti*, qui ait in viſione corporis Chriſti præcipuam fore beatitudiné corporum. Idem ait Aug. *de Ciu. Dei lib.* 22. *c.* 30. & *in Man. c.* 26. Theol. *in* 4. *d.* 44. Item Aug. *de ſpiritu, & anima c.* 58. Anſel. *lib. de ſimil. c.* 57. Iuſtin. *lib. de diſcipl. mon. c.* 23. licèt de auditu, & de voce, & de olfactu, & tactu id vniuerſaliter neget D. Bon. 4. *d.* 49. *art.* 3. *q.* 1.

7. Dices, quomodo ſenſus percipient ſua obiecta, ſine aëre, & medio? Reſpondetur vel (quoad locutionem ſenſualem) eſſe intra corpora beatorum aliqualem aërem. Ita D. Thom. *quæſtiunc.* 4. Vel faciliùs, & vniuerſaliùs reſpondetur obiectum immediatè agere in

O ſenſum

ſenſum diſtantem, producendo in illo ſpecies, ſiue id faciat naturali virtute (vt plerique exiſtimant,) ſiue ſupernaturali. Itaque ſi in hac vita ſenſatio fit per immutationem intentionalem, media tamen alteratione materiali, in patria fiet immediatè immutatio intentionalis abſque alteratione materiali. Eſtque hic modus immutandi potentiam conſentaneus corpori glorioſo, quod à Paulo ſpirituale vocatur 1. *Cor.* 15. ſicut vnus ſpiritus loquitur cum altero, manifeſtando ſuum conceptum, & illius ſpeciem imprimendo abſque impedimento diſtantiæ.

DISPVT.

DISPVT. XLVIII.

De ſupernaturali perfectione corporis Chriſti glorioſi.

Dos claritatis.

1. POſita ſpecifica diſtinctione inter hanc lucem Solis, aut ignis, & lucem corporis glorioſi, quæ apertè, & iure (quidquid in cõtrarium Dur. dicat 3.*d.*10.*q.*2.) ponitur à Ricc. 4.*d.*49.*art.*4.*q.*6.& à D.Thom 3.*d* 16.*q.*2. *art.*1. *ad* 4. *& ad* 2.Scot.*q.*5. & Sot. *q.*4.*art.*8. & colligitur ex Apoc. 21. *Ciuitas illa non eget ſole, neque luna, vt luceant in ea : nam claritas Dei illuminabit illam.* & paulò ſuprà: *Vidi ciuitatem ſanctam habentem claritatem Dei*, id eſt, claritatem excellentem, & altioris ordinis, ea phraſi, qua dicuntur *montes Dei*,

paradiſus Dei, &c. Vnde dicitur Phil.3. *configuratum corpori claritatis ſuæ*, non Solis, ſed altioris claritatis,quæ eſt propria corporis Chriſti, & ab illo,tamquam à primo fonte emanat ad alia corpora beatorum.Non eſt autem eiuſdem rationis cũ claritate gloriæ. Suar. *diſp*.48. *ſect*.3. nam lumen gloriæ eſt ſpirituale, hoc autem eſt corporeum,nec fit in corporibus beatis ab illo, niſi proportione quadam,& per analogiam,lumen corporeum correſpondet lumini gloriæ,quod eſt in anima; nec tamen eſt extra latitudinem obiecti viſibilis ab oculo corporeo. quamuis enim ex accidenti videri nequeat ab oculo corruptibili, propter alterationem materialem; tamen ſi illius præcellentis lucis ea actio ſuſpendatur,& præcisè fiat propria immutatio lucis, videri rectè poteſt; & quidem corpus glorioſum numquam agit actione corruptiua.

ua. Ita D. Thom. tamen Rich. ait illam lucem ex natura ſua eſſe improportionatam noſtro viſui. Porrò longè probabilior eſt D. Thom. ſententia; nam ſicut Deus continetur ſub obiecto adæquato intellectus humani, etiamſi non poſſit virtute naturali videri ab intellectu. Et ratio eſt, quia ſaltem imperfectè poteſt ab ipſo cognoſci virtute naturali, & quia continetur ſub latitudine entis, cuius præciſam, & abſtractam rationem intellectus attingit: ita etiam huiuſmodi lux non excedit obiectum potentiæ viſiuę, etiamſi oculus humanus egeat confortatione, & eleuatione, vt eam poſſit cernere. Et confirmatur; nam de facto *Matth.* 17. oculi Apoſtolorum viderunt lucem corporis Chriſti. Vide infrà *diſp.* 51. *n.* 4. Hac poſitione diuerſæ lucis à luce hac Solis, vel ignis facilè expediuntur difficultates illæ. 1. Quomodò

oſſa, & partes denſæ corporis, ac natura ſua opacæ ſint lucidæ. 2. Quomodo corpus beati ſit ſimul lucidum,& diaphanũ.3.Quomodo coloratum, & peruium. 4. Quomodo ita membra lucida ſint, & tamen diſtinctè ſingula membra viſibilia;cùm alioqui Solis partes nequeant diſtinctè videri. Hæ(inquam)difficultates licèt adeò torqueant D.Bon.4.*d*.49. 2.*part.ar:*.5.*q*.1.& Scot. & Sot.*loc. cit.* vt negent corpora beatorum fore internè lucida,& peruia oculis, ſed tantùm colore affecta, & ſplendentia ratione claritatis in ſuperficie receptæ: tamen poſita illa luce altioris ordinis facilè euaneſcunt.Nam fortè illa lux ſupernaturalis ex vi ſuæ propriæ ſpeciei, & intenſionis ſibi connaturalis poteſt lucere, ſiue ſit in corpore raro,ſiue denſo,ſiue tranſparenti,ſiue opaco. Et ſimiliter ex parte ſubiecti æquè poteſt actuare corpus

corpus diaphanum, ac alterius qualitatis. Item cùm hæc lux inferior natura ſua calefaciat ſubiectum caloris capax, fortaſſe illa lux adeò eſt ſupra elemẽtares naturas, vt non ſit apta efficere huiuſmodi materialem alterationem.

2. Hæc lux fit à ſolo Deo, vt à principali agente, & in cæteris quidem beatis fit ab humanitate Chriſti, vt ab inſtrumento. Phil. 3. *configuratum corpori claritatis ſuæ.* Ipſe ergo Chriſtus illam efficiet vel per voluntatem ſuam, vel per claritatem ſui corporis, cætera corpora clarificando. In ipſo autem corpore Chriſti, fit ab anima eius, vt inſtrumento.

3. Educitur autem illa lux de potentia corporis. Patet, quia fit illa qualitas in corpore dependenter ab illo in eſſe, & fieri: ergo malè philoſophatur Sot. *4.d.49.q.4. art. 8.* qui ait non educi, ſed per

propriam creationem ex nihilo fieri.

Dos impaſſibilitatis.

4. Circa dotem impaſſibilitatis difficile eſt explicare, in quo conſiſtat. nam cùm clarum ſit remanere in corpore nato primas qualitates in gradu illo, qui ad perfectum temperamentum eſt neceſſarius, atque adeò remanere etiam aliquam actionem harum qualitatum, quia calor, v. g. verè reddet calidam illam partem, cui inhærebit, & ſic de aliis qualitatibus. Nam aliàs eſſent otioſæ hæ qualitates, ſi carerent ſuis effectibus formalibus, imò reuerà non eſſent in ipſo corpore. Difficile, inquam, eſt explicatu, per quid ſit, vt hæ qualitates non agant inuicem, atque adeò (quod certum eſt) vt vna pars corporis beati non agat in aliam. Interim opinio illa Scot.

*q.*15. Dur. *d.*44.*q.*4. Supplem.*q.*2. Maior. *d.*49.*q.*16. corpus beati eſſe impaſſibile propter ſolam externam Dei protectionem, quia ſcilicet ſtatuit Deus non concurrere cum aliquo agente ad alterandum illud, cùm ſit reuerà ſufficiens, & facilis, retinenda eſt. Nec obſtat primò quòd illud 1. Cor. 15. *Oportet mortale hoc induere immortalitatem*, in rigore aliquid amplius ſignificet, quàm extrinſecam protectionem Dei impedientis extrinſeca agentiæ: nam reſpondetur per hunc modum impaſſibilitatis nedum tolli omnem conatum, & alterationem extrinſeci agentis, ſed etiam intrinſeci, illarum ſcilicet qualitatum, quæ in corpore beato ſunt, quæ, vt diximus, præter formalem illum effectum, quem habent in temperatura proprij membri, cui inhærent, non poſſunt adinuicem agere, neque alterare: ſed perpetuò in ea

temperatura quam efficiunt, conſeruantur: Deo ſcilicet non concurrente, vt aliquid amplius agant in ipſo corpore, & ſic reuerà corpus ipſum intrinſecè induet impaſſibilitatem, quia in ſe ipſa mẽbra non habebunt intrinſecam alterationem, vel actionem adinuicem. Ex hac ſententia Scot. ſequitur hanc impaſſibilitatem æqualem eſſe in omnibus beatis, quia æqualiter gaudent diuina protectione, impediente omnem vel internam, vel externam corruptiuam alterationem. Dices, ergo corpus beati ex ſe conſideratum erit corruptibile? Reſpondetur, id etiam ſequi ex aliorum opinionibus. Negatur itaque id eſſe inconueniens: nam licèt in corpore beato maneat eadem materia, idémque tẽperamentum ex qualitatibus contrariis, inde ſolùm fit corpus illud in nuda ſua natura conſideratum eſſe corruptibile, & in beatitudine

tudine retinere quaſi cauſam remotam, ſeu naturalem radicem corruptionis; nihilominus tamen ex hac Dei protectione,qua internè, & externè cuſtoditur eſſe incorruptibile. Vel (ſecundùm Ricc. & Capr.) ex illa ſuperaddita qualitate proximè eſſe incorruptibile. Nec ſecundò obſtat, quòd hoc modo non magis erunt impaſſibilia corpora in beatitudine, quàm fuiſſent in ſtatu innocentiæ, quod eſt contra Aug. *ep.* 56. Negatur enim ſequela:nam intercedit multiplex differentia. Prima quòd in ſtatu innocentiæ aliquid poterat corpus pati ab intrinſeco; poterat enim augeri, & nutriri, quod non fit ſine alteratione; & ideo indigebant cibo ligni vitæ,quo reſtaurarentur. Secunda quòd in eo ſtatu agentia externa non erant omnino priuata virtute, vel concurſu ad alterandum humanum corpus: nam ſi,v.g.corpus Adæ cencidiſſet

in ignem, vtique combuſtum fuiſſet; ſed diuina prouidentia ita erant omnia diſpoſita, vt poſſent cauere huiuſmodi caſus, &c. At verò reſpectu corporis beati ignis non habet vim comburendi. Tertia quòd illud priuilegium amitti poterat: at verò dos impaſſibilitatis amitti non poterit; & ideo per illud donum non poterat dici homo immortalis: at per hanc dotem poteſt dici immortalis ipſe beatus.

5. Alij itaque modi, niſi ad hunc reducantur, non ſunt probabiles. Quod enim ait D. Thom. *d.* 44. *q.*2.*art.*1.*q.*1. corpus fore impaſſibile propter plenum dominium animæ in corpus; nempè quòd ſicut omnes actiones corporis ſubdentur voluntati animæ; ita & omnes paſſiones, & ideo ſicut corpus non agit niſi quando anima vult, ita nec patitur, niſi ipſa volente: numquam autem vult, neque

que velle poteſt,&c. Hæc, inquam, ſententia coincidit cum præcedenti: nam ſicut dominium Beati ſuper actiones ſuas non poteſt explicari, niſi per ſuſpenſionem diuini concurſus; videlicet quòd quando Beatus non vult agere, Deus non præbet illi concurſum ad agendum; ita, imò multò minus, poteſt intelligi hoc dominium ad non patiendum per ſolam voluntatem, niſi quatenus Deus non præbet concurſum aliis agentibus, vt paſſionem inferant tali corpori; quod ſi ita eſt, ſine cauſa tribuitur hic effectus animæ dominio ſupra corpus: nam non eſt poſitus in animæ voluntate, vt ſic, ſed certa lege Dei definitus independenter ab animæ voluntate, eo vel maximè quòd cùm ipſa aliud velle non poſſit, impertinens eſt hoc dominium. Illi etiam qui ponunt corpora Beatorum impaſſibilia per qualitatem aliquam à

Deo infuſam, ipſíſque inhærentem, ratione cuius ſunt incapacia omnis alterationis corruptiuæ, quod aſſerunt Ricc. *d.* 49. *art.* 4. *q.* 2. Capr. *d* 44. *q.* 2. *art* 3. Palud. *d.* 44. *q.* 2. Hi, inquam, multas habent obiectiones. Quorſum enim poteſt intelligi, vt vna, & eadem qualitas reſiſtat qualitatibus contrariis calori, ſcilicet, & frigori? Deinde illa qualitas ſimul erit in corpore cum calore, & frigore; cur ergo reſiſtet, ne ab extrinſeco imprimantur? Tandem cùm hæc qualitas dicatur eſſe ſuperioris ordinis, non apparet, cur formaliter repugnet cum quibuſuis aliis qualitatibus. Illa denique Soti ſententia *d.* 49. *q.* 4. *art.* 5. prouenire impaſſibilitatem ex perfecto modo, quo anima in eo ſtatu informabit corpus, qui talis erit, vt à nullo naturali agente ſuperetur; hæc, inquam, opinio non eſt probabilis, tum quia per ſolam hanc informa

formationem non poteſt proueni-re impaſſibilitas, quia hæc cùm ſit de eſſentia hominis, eadem eſſentialiter eſt in corpore glorioſo, & non glorioſo. Item eadem eſt non ſolùm eſſentialiter, vt dixi, ſed etiam ſubſtantialiter, & entitatiuè: nam & ipſa anima indiuiſibilis eſt, & tota ſingulis partibus vnitur, & vnio etiam ad ſingulas partes eſt indiuiſibilis, ſecundùm intenſionem, quia eſt modus ſubſtantialis. Ergo in ipſa informatione ſubſtantiali præcisè ſumpta, vt diſtinguitur ab omnibus accidentibus, & qualitatibus, non poteſt intelligi maior, & minor perfectio. Sicut forma ignis, quia indiuiſibilis eſt intenſiuè, non poteſt intendi, aut remitti, nec magis, vel minus perfectè informare materiam, quoad ipſam ſubſtantialem vnionem. Stet igitur primus ille in hac re difficili philoſophandi modus.

Dos

Dos agilitatis.

6. Quòd moueatur corpus Beati vel motu progreſſiuo in maxima velocitate, vel motu ſimplici (quo ſcilicet totum corpus non vna parte poſt aliam, vt in progreſſiuo, ſed totum æquè primò, & vno impetu mouetur, vt mouentur grauia, leuia, & proiecta) vel mutatione inſtantanea, qua corpus ab vno in alium locum transferatur abſque vlla ſucceſſione, vel ſpatio medio: id fiet per donum agilitatis, vel (quoad primum genus motus per ablationem grauitatis, vt dicunt Bon. *d.* 49. *art. vlt. q.* 2. *ad* 1. quod probabile cenſent Dur. Palud. Maior. & alij, vel (vt alij cenſentes grauitatem, velut naturalem proprietatem neceſſariò conſequentem corporis complexionem auferri non poſſe, alioqui corpus eſſet monſtroſum) per additio-

ditionem virtutis actiuæ motus, ſiue hæc auctio fiat per infuſioné alicuius qualitatis, ſiue,& tandem meliùs (ſoluuntur enim eorum facilè obiectiones, & deſeruit non ſolùm primo & ſecundo, ſed etiam tertio generi motus, vt dicitur infrà *n.7.*)per ſolum maiorem Dei concurſum vtentis anima,vel corpore Beati, vt inſtrumento ad hunc effectum naturales vires ſuperantem. Intelligi autem poteſt, hanc virtutem à Deo eò modo communicari, quo intelligitur communicari virtus miraculorũ effectrix, videlicet, vt ſtatuerit Deus vti hac voluntate, vt inſtrumento ad hunc effectum efficiendum,dando ei concurſum ad hunc agendi modum accommodatum, quoties ipſá vóluerit. Dices, ergo hæc agilitas non erit aliqua dos intrinſeca Beato, ſed tantùm externa motio Dei, velut certa lege præparata, ſeu promiſſa. Reſpondetur

detur verum eſſe, iuxta hanc explicationem, agilitatem non addere qualitatem actiuam, non tamen dicenda eſt extrinſeca tantùm motio, ſeu denominatio, quia ille effectus non tantùm à Deo fit, ſed ab ipſa anima per virtutem intrinſecam non merè naturalem, ſed obedientialem actiuam, ſicut & virtus miraculorum non eſt denominatio extrinſeca, ſed aliquid intrinſecum cum pręparatione diuini auxilij. Id ſibi vult D. Aug. 13.*de Ciu.Dei,c.*18.*&* 22.*c.*11. Ita Sot.4.*d.*49.*q.*4.*art.*7. Maior.*ſuppl.* Gab. atque alij nonnulli.

7 Tertium item motus genus hac etiam virtute fit: mouetur enim in inſtanti corpus Beati, atque adeò ſine medio per virtutem creatam ipſi additam, vt ſignificat Laur. Iuſt. *de perf. conuerſ. mon.c.*23. Aug. *de cogn. beata vita c.*45. Anſel *de ſimil.c.*48. *& in proſolog.c.*25. Ber. *ſer.* 4. de omnibus Sanct.

Sanct. & probatur ratione: nam ſi probabile eſt animam ſeparatam poſſe hoc modo moueri, poteſt etiam & reſumpto corpore; cùm propter vnionem ad corpus nulla ſpirituali perfectione priuetur. Nec ratio D. Thom. 4. *d.* 44. *q.* 1. *art.* 3. *q.* 3. negantis hunc motum corpori vlli poſſibilem, vrget: nam non implicat contradictionem, quia hoc genere tranſitus non intercedit motus ſucceſſiuus, ſed mutatio inſtantanea. Vnde fit, vt mobile primò tunc mutetur, quando totum primò eſt in termino ad quem, quia tunc ſe habet aliter, quàm priùs. Et ad argumentum D. Thom. & Sot. *d.* 49. *q.* 4. *art.* 7. dicentium: Corpus non mouetur, quando totum eſt in termino à quo, neque quando totum eſt in termino ad quem; quia tunc iam eſt motum: ergo mouetur quandiu eſt in medio, alioqui perueniret de vno loco ad alium, & numquam

moueretur. Quod implicat contradictionem, quia ipſa ſucceſſio locorum eſt motus localis. Reſpõdetur non referre, quòd iam totum ſit mutatum, quia in mutationibus inſtantaneis ſimul eſt fieri, & factum eſſe, mutari, & mutatum eſſe. In quo eadem eſt ratio in Angelo quoad mutationem diſcretam, ſeu inſtantaneam loci. Idem quippe interrogari de illo poteſt, quando ſcilicet moueätur vel in termino à quo, vel ad quem, & idem neceſſariò reſpondẽdum eſt.

Dos ſubtilitatis.

9. Dos ſubtilitatis vt diſtingui verè poſſit à cæteris perfectionibus animæ, & corporis tum naturalibus, tum ſupernaturalibus, neceſſariò explicanda eſt in ordine ad penetrationem corporis glorioſi cum quouis alio corpore in eodem loco. Quærimus itaque;

10. An poſſibilis huiuſmodi penetratio? Dur. *d.*44.*q.*6.negat,quem ſequitur Palud. *q.* 3. Sed falſa eſt eorum ſententia, & multis fidei myſteriis planè repugnans,nempe Reſurrectionis,Aſcenſionis, Natiuitatis,& Euchariſtiæ,in qua licèt propria non fiat penetratio quantitatum, tamen propria quantitas corporis Chriſti altiori modo ſimul eſt realiter præſens cum quãtitate panis, & vna pars corporis Chriſti ibi eſt,vbi eſt alia.Difficultatem quidem de Reſurrectione exeuntis Chriſti è ſepulchro clauſo, itémque ingredientis ianuis clauſis, ſuperare poſſent abſque penetratione, nempe ſi dicant Chriſtum tranſiſſe ab extremo ad extremum ſine exiſtentia in medio, quæ euaſio eſt probabilis, & diuinæ virtutis indicatiua: tamen non eſt conſentanea multis Patribus,id eſt, Hieron.*ep.*61. Hil.3.*de Trin.* Epiph.*hær.*20. & 64. qui videntur

dentur ſignificare ibi interceſſiſſe penetrationem corporum. Eſt igitur poſſibilis penetratio. Nam ſi Deus facit quod corpus quantum non ſit in loco,(vt facit in Euchariſtia;)ergo & poteſt facere, quòd exiſtens in loco ſimul ſit cum alio corpore. Nam quamuis repugnet corpus eſſe quantitatiuè, & commenſuratiuè in loco, & non occupare locum:tamen hoc ipſum occupare locum præcisè,& formaliter non eſt diſtare ab alia quãtitate,vel illã expellere ab eodẽ loco, ſed eſt ita replere illum locum, vt totum ſit in toto, & pars in parte. Ex quo fit, vt corpus exiſtens in loco, natura ſua aptum ſit ad expellendum aliud corpus,& diſtandum ab illo, & hanc aptitudinem ſemper retinet, quamuis actu non expellat; ergo formaliter non repugnat corpus occupare locum;& actu non expellere aliud corpus ab eodem loco, quia hoc eſt quid

poſterius : poterit ergo ſeparari à priori, ſicut etiam de alia proprietate quantitatis dicebatur. & per hæc ad argumenta Dur. præcipuè verò ad illud, quòd id repugnet ratione quantitatum, atque adeò manentibus iiſdem quantitatibus manere eandem repugnantiam, quæ nullo modo poteſt auferri, quia non eſt effectiua, ſed formalis; reſpondetur poſſe fieri à Deo vt maneat quidem eadem formalis repugnantia: attamen vt illæ quantitates ſe loco penetrent, quia illa repugnantia naturalis in ordine ad diuinam potentiam nulla eſt, neque illi reſiſtit.

11. An de facto tribuatur corpori glorioſo ratione beatitudinis? Reſpondetur affirmatiuè. Quòd ſi Chriſtus etiam ante reſurrectionem ea vſus fuit, vt cùm è matris illęſo prodiit vtero, & eadẽ fortaſſe virtute per mediũ turbæ perſequentis abſque contactu, & impe-

 dimento

dimento tranſibat, dicendum vel eam habuiſſe propter vniuerſalem potentiam faciendi miracula, vel quia duplici titulo illi deberi poteſt ratione vnionis, & ratione gloriæ: vel certè quia in vita mortali voluit quædam indicia gloriæ ſuo corpori debitæ exhibere: & ideo (vt notat Innoc. *lib. 4. de myſt. Miſſ. cap.* 147.) ſubtilitatem accepit cùm naſceretur ex Virgine, claritatem in transfiguratione, agilitatem, cùm inceſſit ſupra mare, impaſſibilitatem, cùm manducaretur in cœna.

12. Qua virtute, quóve modo fit? Non quidem huiuſmodi dos eſt qualitas corpori ſuperaddita ipſum formaliter afficiens, & formaliter tollens repugnantiam naturalem, quæ eſt inter duas quantitates reſpectu eiuſdem ſpacij, vt ferè dicunt omnes DD. 4. *d.* 44. ſed ſita eſt non ſolùm in quodam pacto, quo Deus ſtatuit mouere corpus

pus beati quocumque ipſe voluerit, atque adeò non ſolùm in virtute omnino extrinſeca (vt Scot.& ferè alij explicant,) ſed ſita etiam eſt in virtute intrinſeca, & inſtrumentali animæ, vel corporis beati, cui ratione beatitudinis datum eſt, vt poſſit ſe hoc modo mouere, tamquam inſtrumentum Dei, vt ſcilicet Deus ſtatuerit ratione beatitudinis vti voluntate, ſeu facultate motiua corporis beati ad hunc effectum pro Beati libito, libito, inquam, decenti; ob id enim intelligitur ratio, qua quidem poſſit corpus glorioſum penetrari cum corpore non glorioſo, non autem cum glorioſo; non enim decet, nec vnquam volet, aut tentabit vnus Beatus ſe opponere alteri, aut incedere per locũ, quem alius occupat: & hoc modo rectè percipitur, quomodo ſubtilitas ſit dosBeati per modũ virtutis actiuę, & per hæc ad argumenta fiet ſatis.

DISPVTATIO L.

De reſurrectione mortuorum.

1. Conſtat, omnes homines iuſtos reſurrecturos, etiam eos, qui prope diem iudicij inuenientur viui, (de iis enim eſt præcipua dubitatio,) exceptis iis, qui ob ſingulare priuilegiũ ante vniuerſalem reſurrectionem cũ Chriſto, vt Patres aſſerunt, reſurrexerunt. Orig. *ad Rom.* 1. Epiph. *hær.* 75. Clem. *lib.* 6. *Strom,* Iuſt. *q.* 85. Athan. *hom. de ſemen.* Ambroſ. *in Pſ.* 1. Sophro. *ſer. de aſſumpt. & in ep. Synod.* VI. Syn. *act.* 11. Euſeb. *lib.* 4. *dem. c.* 12. Nyſſ. *de cogn. Dei.* Ruff. *in Symb.* Remig. *Matth.* 27. Hieron. Anſel. & Bed. *ibid.* D.Th. *ibid. &* 4. *d* 43. *q.* 1. *art.* 3. *q.* 1. *ad* 3. & alij *ibid.* vel 3. *d.* 22. vbi Carth. *q.* 6. Caiet. *hîc, & ſup. Matth.* Ianſen.

ſen.*c.*143. & alij. Et ratio potiſſima eſt,quia cùm conſtet huiuſmodi ſuſcitatos reſumpſiſſe ſua corpora, miraculum fuiſſet animas eorum iã glorioſas,reunitas fuiſſe corporibus non glorioſis, ſed corruptibilibus, & iterum morituris. Plura Suar. *ſup.q.*53. *art.*3. Idem omnino dicendum eſt de B. Virgine,Io.Euangeliſta,itẽ de Enoch, atque Elia,qui non morientur, atque adeò non reſurgent, ſed in gloriam,& impaſſibilitatem aliorum corporum reſurgentium immutabuntur, atque adeò morituros,ita eſt probabile,vt oppoſitum licèt ſit minus probabile, non tamen ſit temerarium, aut(vt Sotus, & Cathar. inconſideratè dixerunt) aliqua cenſura dignum. Ita Can. 2.*de loc.c.*14.Sixt.*lib.*6.*annot.*265. & ſumunt ex D. Tho. ac Magiſtr.

2. Omnes damnati,omnes etiam in originali decedentes, etiamſi abortiui fuerint,aut in ventre matris

tris

tris obierint, reſurgent in die iudicij. Ita Aug. *in Euch. c.* 84. licèt 22. *de Ciu. c.* 13. dubitet de aliquibus. Confirmatur ex illo loco 1. Cor. 15. *Sicut in Adam omnes,* &c. Hæc propoſitio licèt non ſit de fide, eſt tamen certa. Reſurrecturos autem infantes in perfectis corporibus, in quibus vti ratione poſſint, docent Theologi ex Aug. *loco ſuprà citato.*

2. Cauſa efficiens moralis, qualis eſt meritoria, reſurrectionis vniuerſalis omnium hominum, etiam damnatorum, erit meritum Chriſti, non quidem, qua quibuſdam pœnalis eſt, ſed qua per eam elucebit vis, & efficacia Chriſti in opere ſupernaturali, ſicut expulſio dæmonis facta virtute Chriſti, & eſt pœna dæmonis, & effectus meritorum Chriſti, diuerſa tamen ratione. Ita Cyrill. *lib.* 4. *in Ioan. c.* 51. Tertul. *de reſur. car.* &c.

3. Cauſa efficiens phyſica erit Chriſtus exſuſcitans, non quidem ſua voce, ſed Archangeli ſenſibili verbo, & articulato, ac ſignificatiuo, corpora ad iudicium. Sot. *d.*43. *q.*1. *art.*4. quam vocem Chryſoſt. 1.*Theſſ. hom.*8. dicit fore hanc, *Reſurgant mortui.* Theophyl. *ibid.* *Apparate vos omnes : Iudex enim praſtò eſt.* Illa autem vox Dei, de qua *Ioan.*5. ſcilicet, *Audient vocem filij Dei*, eadem eſt, ac vox Archangeli, de qua Apoſt. 1.*Theſſ.*4. vt Patres exponunt, & ratio euincit, non enim eſt veriſimile ſimul duas voces emittendas. Item huiuſmodi Archangeli vocem, & ſonitum ex inſtrumento corporeo ad modum tubæ ex aëre confecto (vt probabile cenſet Suar. ex Anſel. *in Elucid.*) diuina potentia ſentiendam per omnes mundi partes probabiliter aſſeritur, licèt non improbemus eos, qui audire vocem, exponunt obedire imperio, & tubam,

bam, ipſummet Archangelum Michaelem, ſeu Gabrielẽ, vel ipſammet vocem intelligunt: & ita faciliùs percipitur, quomodo poſſint mortui vocem illam ſenſibilem audire, cùm auditus vitam ſupponat.

4. Prius mortui reſurgent, quàm Chriſtus Iudex è cœlo deſcendat. Id aliquo modo colligitur ex Paulo dicente iuſtos ſuſcitatos, per aëra Chriſto obuiam proceſſuros. Idémque cenſent Patres, Chryſoſt. *loc. citato*, Hippol. *de conſu. ſaculi*, OEcum. Theoph. Theod. Anſel. licèt Aug. 20. *de Ciu. c.* 30. videatur diſſentire.

5. Angelorum item miniſterio fiet cinerum congregatio. Aug. 3. *de Trin. c.* 4. & DD. *in* 4. Licèt autem non ſit incredibile iuſtorum cineres ab Angelis eorum cuſtodibus colligendos, & damnatorum à Dæmonibus: veriſimilius tamen eſt omnium cinerum

rum collectionem faciendam à bonis Angelis, tamquam reſurrectionis, quæ Chriſti opus eſt, adminiſtris. Cineres autem diſcernent, &, in quam materiam cadauera ſint tranſmutata, cognoſcent, & ſi ad reſtauranda corpora non ſufficiet materia, ſupplebunt ex arbitrio ſuo, ſed iuxta diuinam voluntatem, & prouidentiam eis reuelatam.

6. Formatio corporum, diſpoſitio, & organizatio non fiet miniſterio Angelorum, ſed ſola virtute Chriſti, & qui oppoſitum dicunt, grauiter errant. Ratio eſt. nam vel Angeli efficient totam organizationem vſque ad vltimam diſpoſitionem ad animam rationalem; & hoc non: nam ipſi, non autem Chriſtus, efficerent reſurrectionem, ſicut homo dicitur generare hominem diſponendo materiam. Vel ſiſtunt, antequam deueniant ad vltimam diſpoſitionem, & hoc

patet

patet eſſe voluntarium, & irrationabile. Hoc dictum eſt omnium DD. Fiet autem reſurrectio virtute Chriſti per actionem illammet, qua ſeipſum ſuſcitauit; ea enim non præteriit, ſed ſemper durat: nam eadem actione, qua reſurrexit, conſeruatur viuus; ea igitur actio aſſumetur, tamquam inſtrumentum proximum, vel ſi durum videtur vnam actionem, vt actio eſt, & in fieri, aſſumi, vt inſtrumentum ad aliam actionem, dicendum erit Chriſtum effecturum reſurrectionem per ſolam voluntatem ſuam, iuxta illud: *Quos vult viuificat.* Quòd ſi obiicias, quòd voluntas eius humana diſtans erit à terra, cùm reſurrectio fiet, vt ſuprà dixims. Reſpondetur æquè facilè eſſe ei agere in propinquum, ac diſtans, vt inſtrumentum Verbi diuini.

7. Fiet & ad exemplar Chriſti reſurgentis, non ſolùm in ſubſtantiali

tiali vnione animæ ad corpus, ſed etiam in perfecta corporis quantitate, non quidem ad omnimodam æqualitatem corporis Chriſti, ſed proportionaliter: atque adeò, vt Chriſtus habuit corpus ſuæ animæ accommodatum, ita & cæteri; vnde fieri poteſt, vt aliqua corpora ſint minora, alia Chriſti corpore maiora. Aug. in *Enchir. c. 90. & de Ciu. 22. c. 15.* Quoad ætatem autem erunt omnes ætatis Chriſti. Aug. *ibid. c. 16. &* 20. quod licèt non certò aſſerat, nec ſit de fide: oppoſitum tamen ita eſt ab omnibus ferè reiectum, vt id non ſit probabile.

8. Etiam reſpectu infantium in peccato originali decedentium Chriſtus erit cauſa exemplaris; licèt oppoſitum non ſit improbabile, nempe negare eſſe eos reſurrecturos ad exemplar Chriſti; imago enim non dicit aliqualem ſimilitudinem, vt erit in iis ad

Chriſtum, ſed omnimodam ſimilitudinem, & ex prototypo atque ex inſtituto, ac ea intentione expreſſam. Et certè D. Thom. *q.56. art.2. ad* 3. de omnibus damnatis indifferenter loquitur. Dici tamen poterit cauſa exemplaris non omnimodè, ſed ſolummodo, quatenus habebunt corpora virilia, ſana, pulchra, bene temperata, cúmque æterna futura ſint, oportet, vt ſint incorruptibilia, non quidem ex intrinſeca cauſa, ſed ab extrinſeco ſaltem, nempe per ſuſpenſionem cauſæ corrumpentis, & alterantis. Quapropter non egebunt potu, aut cibo, nec fatigabuntur ambulando, quamuis ſupra naturæ vires non poterunt moueri. Item habebunt corpus quoad omnes inferiores motus plenè ſubiectum ſpiritui, tum quòd contrarium ſit pœna, tum quòd non fiat ſine materiali alteratione corporis. Hi autem nullam ſenſibilem pœnam patientur,

tientur, vt omnes Theologi docent; & Aug. *lib. 5. hypogn. & lib. 5. in Iul. cap. 8. & Enchir. cap. 83.* oppoſitum docens poteſt exponi non de pœna ſenſibili corporis, ſed de triſtitia animi ob amiſſam beatitudinem. Item probabile eſt aliquam etiam Chriſti cognitionem habituros, cúmque tamquam principem, & benefactorem veneraturos; ſi enim vel Dæmones credunt, & contremiſcunt, veriſimile eſt, hos, vtpote nihil inordinati animo ſentientes, nullóque in Chriſtum odio, aut deſperatione affectos, ipſum ex aliqua facti euidentia cognoſcentes, piè adoraturos. Plura Suar. *hoc loco.*

Quoad damnatorum verò corpora, Chriſtus non erit cauſa exẽplaris, licèt aliqua ſint habitura Chriſto ſimilia, vt integritatem membrorum, & ſenſuum organa, & facultates. D. Thom. *d. 44. q. 3. art. 1. q. 1.* Ricc. Palud. & alij; licèt

Bon.& Dur.oppoſitum ſentiant. At D. Thomæ & cæteris fauet Aug. *ep.146. ad Conſent.* dicens: *Incorrupti quidem reſurgent integritate membrorum, ſed tamen corrumpendi dolore pœnarum.* Carentiam iidem habebunt ægritudinis, gibboſitatis, debilitatis, & ſimilium. D.Th. & alij aſſeclæ ſuprà cit. licèt D. Bon.& Dur.negent.

9. Damnatorum corpora quomodo incorrupta, & perpetuæ erunt, & tamen alterabilia, nedum actu primo, ſed etiam ſecundo, per realem alterationem corruptiuam, qualis eſt actio ignis? Reſpondetur: ſenſura dolorem, non quidem ſola paſſione animali abſque alteratione materiali, ideſt, ſi ignis imprimat eas ſpecies, quibus vehemens corporis combuſtio ſentitur abſque reali impreſſione caloris, vt dixerunt D. Thom. 4. *d.44. q.3. art.1. q.2. & 3.* Capr. Palud.& alij; hi enim non bene philoſo-

philoſophantur ponentes realem ſenſationem, & dolorem abſque reali,& vero obiecto præſenti.Fūdamentum autem horum, nempe quòd ceſſante motu cœli,nulla poteſt eſſe alteratio materialis, falsū eſt: non enim omnis motus per ſe, ac neceſſariò à motu cœli eſt.Item opinio illa Lact.*lib.7.c.21*.improbabilis, & iure antiquata eſt, qua ſcriptum reliquit,corpora damnatorum per actionem ignis eſſe perpetuò corrumpenda ſecundùm aliquas partes, & ſecundùm alias inſtaurandas. Id enim eſt contra Apoſtoli verba, *mortui reſurgent incorrupti*; quod de damnatis etiam intelligitur.Dicendum igitur eſt, id ex miraculo fieri, nempe ignem,vt inſtrumentum Dei, verè combuſturum, non tamen ab aliqua parte corporis anima 1 ablaturum.Sed hæc infrà latiùs.

10. An corpora ſint in cinerem reſoluenda, priuſquam reſurgant,

etiam ea, quæ paulo antè anima priuabuntur? Vtraque pars probabilis eſt; immo quoad eos, qui paulò ante iudicium obierint, omnino verum eſt, eorum corpora non eſſe in cinerem redigenda. Id eſt contra Sot. 4. *d.43.q.2.art.5.*

11. De loco, incertum eſt quo loco cadauera viuificentur, & reſurgant: alij, vt Sot. aiunt in vallem Ioſaphat cineres omnes redigendos, & ibi reſurrecturos. Alij, quod probabilius eſt, ibi vnumquemque ſurrecturum, vbi præcipua, aut maior pars cadaueris reperietur. Ita expreſsè Chryſ. de Petro, & Paulo *homil.23. in ep.ad Rom. & 1.Theſſ. hom.7.* OEcum. & Theoph. *ibidem.*

12. Certum eſt eodem die iuſtos, & impios reſurrecturos. Io.5. *Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem filij Dei.* An autem futura ſit reſurrectio omnium eodem momento, incertum eſt. Alij; priùs iuſtos, deinde

.deinde reprobos. Primaſ. Theoph. Theodor. OEcum. 1. *Theſſ.* 4. & fundari poſſunt *in* 1. *Cor.* 15. Alij, prius iuſtos veteris Teſtamenti, quàm Euangelij : vel prius eos, qui ante mortui fuerint, quàm ij, qui viui inuenientur. Ita Scot. Dur. Ricc. *d.* 43. ex 1. *Theſſ.* 4. Alij, omnes eodem momento tum reprobos, tum electos. Ita D. Th. *ead. d.* Palud. Sot. & Rich. problematicè. & ex Patribus Gennad. *de Eccl. dogm. cap.* 6. Hippol. M. & Method. éſtque communior, & probabilior opinio, & id ſignificat Apoſt. 1. Cor. 15. *In ictu oculi, in nouiſſima tuba*, &c. Ad teſtimoniũ 1. *Theſſ.* 4. reſpondetur, ibi fieri comparationem non inter reſurrectionem iuſtorum, & reſurrectionem damnatorum, ſed inter reſurrectionem, & raptum : nam gr. eſt πρῶτον, ideſt, *primùm* reſurgent, deinde rapientur, &c. Ad ſecundum locum ex 1. *Cor.* 15. reſpon-

detur, ibi ſermonem eſſe de ordine dignitatis.

13. Noctu quidem, ſed potiùs ſummo diluculo, ea ſcilicet hora, qua probabilius cenſetur Chriſtus reſurrexiſſe, quàm media nocte: illud aſſerunt omnes Scholaſtici *d.* 43. iiſque adde Anton. 4. *part. tit.* 14. *cap.* 11. §. 4. & Anſelm. *in Elucid.* Hoc plerique Patres, Diodor. apud Hieron. *epiſt.* 152. ipſe Hieron. *in Matth.* 25. Chryſoſtom. *homil.* 79. *in Matth.* Auguſt. *lib.* 83. *qq. q.* 57. Ambroſ. *lib.* 8. *in Luc. cap.* 17. Lactant. *lib.* 7. *cap.* 19. Caſſiodor. *Pſalm.* 108. Menſe autem Aprili. Machar. *hom.* 5. *&* 12. Die Paſchæ. Anſelm. *in Elucid.* Lactan. *loco citato.* Sed huiuſmodi res incertæ ſunt. Vide *diſput.* 53. *ſect.* 4.

DISPV

DISPVTATIO LI.

De Chriſti Aſcenſione.

1. OMiſſis cæteris, notabiliter dico, inter Chriſtum & alios id intereſſe, quòd iis virtus illa agilitatis omnino ab extrinſeco confertur, & ex parte principalis motoris, qui eſt Deus, ſemper ab extrinſeco mouentur: at Chriſti corpori illa virtus eſt aliquo modo ab intrinſeco, & debita ratione ſuppoſiti, à quo virtute propria poterat ſurſùm ferri.

2. Loca in cælo alia aliis digniora ſunt magis per habitudinem ad meritum locati, quàm ex ſitus altitudine. Ipſi verò beati quamuis non ſint ſemper in eiſdem locis, tamen quò ſanctiores, eò magis ius habebunt appropinquandi ad Chriſtum, quocumque Chriſtus iuerit, & vt alij ipſis ce-

dant,quando voluerint in propriis locis, ac ſedibus conſtitui : & ad hunc modum cætera excogitanda. Ita explico D. Thom. & Caiet.

3. Pomeridiano tempore, iis (nempe minimum 120. vel quingentis, de quibus fortè 1. *Cor.* 15.) benedicens, id eſt, multa bona deprecans, & promittens, eleuatis manibus, id eſt, vel ſurſum erectis, vel crucem formantibus, Chriſtus aſcendit.

4. Motu continuo aſcendit: alioqui ſi inſtantaneè aſcendiſſet, videri non poterat ab Apoſtolis. Nube vera, & reali, vt ait Abul. *parad.* c. 8. Vel claritate corporis Chriſti circumdatus, quæ claritas nubem præſeferebat, vt eſt via lactea. Ita Med. 3. *p. q.* 58. *art.* 4 & Caiet. *Act.* 1. Occultauit autem huiuſmodi lucis nubes Chriſti corpus, quia de ſe lux corporis beati facit corpus inuiſibile. Vnde *Act.* 22. Chriſti corpus viſum à Paulo ei viſum

ademit:

ademit:vide ſup.*diſp*.48.*n*.1. inuiſibile autem pro libito: nam claritas corporis glorioſi non pro neceſſitate, ſed pro menſura voluntatis imprimit ſpeciem ſui, atque adeò tantum videbitur, quantum Beatus voluerit videri. Suar. *diſp*.57.*ſect*.3 quem vide.

5. Omnes Angelorum ordines ad Chriſtum deducendum deſcendiſſe, dubium non eſt, & ita Patres ſignificant, licèt ex ſuprà ſcriptis nihil de hac re certi.

6. Ob veras, & reales apparitiones (reales dico, quia ſæpe imaginaria viſione apparuit Chriſtus, vt Conſtantino in ſomniis, & aliis multis, vel per repræſentationem viſibilem, & extrinſecam in aliquo corpore aëreo, vt olim ſolebat Verbum diuinum in ſpecie umana apparere Patribus veteris Teſtamenti, ſicut multi priſci ſcriptores ſentiunt.) Ob veras, inquam, & reales apparitiones Chriſti,

ſti, quæ leguntur 1. *Cor.* 15. *Act.* 22. & 26. & 1. *Cor.* 9. Item Petro facta Roma diſcedenti, vt habet Ambr. *ep.* 32. Athan. *de fuga ſua.* Orig. *tract.* 21. *in Ioan.* & approbat Innoc. *c. per venerabilem.* Item Carpo Dion. *ep.* 8. Antonio Athan. *in eius vit.* Victori. Paulin. *ep.* 34. & aliis atque aliis. Item ob expoſitionem Chryſoſt. *in d. loc. Script. hom.* 138. 1. *Cor.* 15. & Orig. *lib.* 2. *con. Celſ.* omninò dicendum eſt Chriſtum poſt aſcenſionem ſuam interdum deſcendiſſe in terram, vel per ſeceſſionem à cœleſti loco per breue tempus, vt ait D. Thom. *q.* 57. *art.* 6. *ad* 3. Caiet. & alij, vel ſimul exiſtendo in cœlo, & in terra modo circumſcriptiuo, & reali. Ita Maior 4. *d.* 10. *q.* 4. & recentiores aliqui ex eo confirmantes myſterium Euchariſtiæ. Quando tamen deſcendit ad Deiparam aſſumendam, non videtur veriſimile ſimul in cœlo fuiſſe, & illuc ma-

trem

trem deduxiſſe. Ita Patres, qui de hoc myſterio, & ratio ipſa ſuadet.

DISPVTATIO LII.

De iudiciaria Chriſti poteſtate.

1. CHriſto vt homini datam eſſe poteſtatem ad ferendum iudicium in his, quæ pertinent ad præmium, vel pœnam æternam, omnes Theologi docent, & in iis D. Thom. 3. *p. q.* 59. *art.* 6. *& in* 4. *d.* 49. probatúrque euidenter ex teſtimonio Petri Act. 10. *Ipſe eſt, qui conſtitutus eſt à Deo iudex viuorum, & mortuorum.* & Pauli Act. 17. *Iudicaturus eſt orbem in æquitate, in viro* (id eſt, per virum, Chriſtum videlicet) *in quo ſtatuit fidem præbens omnibus, ſuſcitans eum à mortuis.* Ex quibus verbis illud etiam colligitur, eam poteſta-

poteſtatem eſſe ſecundariam, & quaſi ex commiſſione Dei, qui ſolus eſt primarius, & independens animarum iudex. Quamuis hæc Chriſti poteſtas etſi quodammodo delegata ſit, dici tamen poteſt ordinaria in ſuo ordine, quia conuenit Chriſto ratione proprij muneris, quatenus eſt ſummus Sacerdos, & ſpiritualis Rex, ratione cuius conuenit illi poteſtas excellentiæ, vt *primo tomo* dictum eſt *diſputat.*47.*&* 48.

2. Neque verò Chriſtus ſolùm promulgat ſententiam à Deo datam, vt recitans, ſed etiam vt poteſtate ſua imperans, & faciens. Nam ſicut Chriſtus, vt homo habet poteſtatem iuriſdictionis ad ferendas leges, & conſtituenda aliqua media ad ſalutem neceſſaria, quamuis ſecundùm hanc poteſtatem ſubordinetur diuinæ voluntati: ita etiam habet veram poteſtatem iudiciariam inferiorem diui-

na

na, illíque adeò conformem, vt proferendo ſententiam ſuam ſimul diuinam ſententiam promulget; quia ſunt vna, ſicut actio inſtrumenti, & principalis agentis vna eſt. Et certè nihil deeſt Chriſto, vt verè ſit iudex: nam & perfectam habet cognitionem totius cauſæ, id eſt, omnium humanarum actionum, & diuinæ regulæ, qua metiendæ ſunt: datum enim eſt Chriſto ratione vnionis, vt in verbo ſufficienter videat diuinam voluntatem, & definitionem, & iuſtitiam eius. Sicut auté cognitio, quam Deus habet, hoc ipſo, quòd Deus eſt, ſummæ auctoritatis, ac publicæ, & manifeſtæ veritatis eſt, & ideo per ſe ſufficit ad iudicium ferendum: ita cognitio animæ Chriſti, hoc ipſo, quòd eſt diuinæ perſonæ in natura aſſumpta, habet ſufficientem auctoritatem, & veritatem manifeſtam ad iudicium ferendum ex dignitate perſonæ

patri

participatam; quia ab illa habet, vt nec falli poſſit, nec fallere. Eſt etiam in Chriſto voluntas efficax, vt retribuatur cuique ſecundùm opera cuiuſque. Et præterea Chriſtus, vt homo habet poteſtatem quandam dominij, & iuriſdictionis in vniuerſos homines, & Angelos, ratione cuius, ſicut poteſt eis imperare, & compellere eos, vt iuſſa capeſſant, ita etiam poteſt iuridicè, & tamquam poteſtatem habens dictare ſecundùm legem Dei æternam, & efficaciter velle quid cuique retribuẽdum ſit. Poteſt denique hanc ſuam voluntatem, & iudicium ita proferre, ac manifeſtare aliis, vt ex vi illius cæteri compellantur ei ſubeſſe, ac parere. Licèt igitur in eo vt homine non ſit ſuprema, & independens poteſtas, eſt tamen quædam eminens participatio eius, atque illi in omnibus conformis. Nihil ergo Chriſto deeſt ad propriam iudiciariam pote-

poteſtatem. Neque Scotus 4.*d.*48. *q.*1. aliud negat, aut negare poteſt, niſi in Chriſti humanitate non eſſe primariam iudicij poteſtatem, ſed ſecundariam, & ſubordinatam primariæ. Quocirca Chriſtus dixit Matth.10. *Sedere ad dexteram meam, vel ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo.* Vide Iren. *lib.* 4. *c.*37. Aug. *ſer.* 64. *de Verb. Domini.* Rupert. *in Daniel. c.* 15.

3. Data autem fuit Chriſto hæc poteſtas ſecundùm ſe, & quoad actũ primũ ab initio incarnationis vnà cum poteſtate capitis hominum, & Angelorum, & omni alia excellentia, qua conuenienti modo, & ſecundùm ſuam dignitatem, & capacitatem exaltari potuit. Hæc enim omnia debebantur Chriſto ratione vnionis, ſúntque ipſi quaſi cõnaturalia. Dices, Chriſtus non erat vſurus hac poteſtate

à principio conceptionis:ſuperflua igitur ea potentia non exitura in actum. Reſpondetur : quicquid ſit de primo antecedente (de quo n. ſequenti,) tamen nõ fuit ſuperuacanea ea potentia : tum quia ſpectabat ad Chriſti dignitatem:tum quia hoc eſt quaſi connaturale omnibus rebus , vt à principio habeãt facultates ſuas, quamuis non ſtatim ; ſed ſuis temporibus illis ſint vſuræ:tum denique , quia hæc potentia non eſt diſtincta per ſe à cæteris,vt ſunt in Chriſto : ſed eſt quaſi vna quædam adæquata poteſtas excellentiæ,ſeu regia dignitas , & maieſtas,) cuius vnus actus inadæquatus eſt iudicium : ſicut autem per poteſtatem excellentiæ potuit Chriſtus plures actus promere,quos non prompſit,vt dominia rerum aſſumere , vel mutare, vel iudicium etiam in cauſis humanis dicere , quod tamen facere recuſauit , & neglexit. Luc. 12.

Quis

Quis me conſtituit iudicem inter vos? ita etiam iudicium non eſt facturus de hominum meritis, niſi cùm ei videbitur ſtatuere finem mundo, & vitæ mortalium.

4. Dicitur autem Chriſtus ex merito habuiſſe hanc poteſtatem (tametſi eam quoad ſubſtantiam eius, & ſecundùm ſe mereri non potuit; quia cùm ab initio conceptionis illam habuerit, ea non ſolùm eſt ſimul tempore, ſed etiam prius natura, quàm meritum: nam ea quæ ſunt connaturalia, ordine naturæ ſunt priora liberis) vel quoad eius perpetuitatem, vel quoad vſum, & quaſi actualem poſſeſſionem, & ſtatum ſupremi iudicis, vel etiam quoad manifeſtationem; quibus modis exponuntur à Patribus verba illa Chriſti: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra*, Matth. 28.

5. Probabilius longè eſt, non ſolùm finale, & vniuerſale iudicium

ad Chriſtum eiúſque iudiciariam iam dictam poteſtatem pertinere, ſed etiam omnia occulta(quæ dicuntur) iudicia, quæ Deus in hac vita cum hominibus exercet tam variè, & tam mirè, hos ſubleuando, illos deprimendo;his gratiam dando, illis auferendo, &c. ad Chriſtum etiam ſpectare, & ab eo etiam vt homine proficiſci. Sic docet D.Thom.3.*p.q.*59.*art.*4. *ad* 3. Fauent multa Scripturæ loca. Ioan.12. *Omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium, ſicut honorificant patrem.* Mich.4. *Iudicabit populos multos, & corripiet gentes*; Pſalm. 71. *Deus iudicium tuum Regi da*; & Pſal.97.*Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia,& populos in æquitate.*Quæ loca,cùm abſolutè,& vniuerſaliter loquantur, videntur Chriſto tribuere poteſtatem diſpenſandi in hac etiam vita ſpiritualia bona, ac etiam temporalia, præſertim quatenus ad

ad ſpiritualia poſſunt conferre, vel impedire. Vnde *Act.* 16. cùm Apoſtolus cum ſociis tentarent ire in Bithyniam, dicitur: *Non permiſit eos Spiritus Ieſu.* Quibus verbis inſinuatur ad Ieſum, quatenus eſt hominum Saluator, pertinere etiam hæc occulta Dei iudicia, quæ licèt principaliter à Deo oriantur, poſſunt nihilominus exerceri per humanam Chriſti voluntatem, atque imperium.

6. Quamuis non ſit tam certum etiam particulare iudicium exerceri per Chriſti humanitatē, ſicut vniuerſale (de quo *diſp. ſeq.* dicendum eſt,) quia non ſunt de hoc tam expreſſa Scripturæ teſtimonia: magis tamen probabile, & pium eſt, etiam particulare, quod in cuiuſque morte fit, iudicium ſpectare ad Chriſti iudiciariam poteſtatem, & per eius humanitatem exerceri, non quidem, vt Chriſtus ad ſingulos moribundos

è cœlo deſcendat, vt fortè opinantur Innoc. III. *lib.* 2. *cap.* 4. *de contemp. mund.* & Landulphus Carthuſ. *tom* 3. *cap.* 46. alioqui oporteret eſſe quaſi in continuo motu, & ſæpiſſimè etiam pluribus in locis ſimul; neque etiam dicendum eſt, animam iudicandam deferri in cœlum; ſed eam in inſtanti mortis intellectualiter eleuari ad audiendam ſententiam Iudicis. & hęc eſt duci ad tribunal eius (quod dicunt Aug. *de van. ſæc.* Chryſoſt. *hom.* 14. *in Matth.* Bern. *med. cap.* 2.) abſque alia locali mutatione. Et veriſimile eſt in eo inſtanti cognoſcere ſe ſe iudicari, & ſaluari, ſeu damnari imperio non ſolùm Dei, ſed etiam hominis Chriſti. An verò ipſam humanitatem Christi clarè intueantur, vt ſignificat Innoc. *loc. cit.* id quidem incertum eſt, quia nullum eſt ſufficiens fundamentum ad affirmandum. Loca enim Scriptu-

ræ loquuntur de iudicio vniuerſali.

7. Cùm de fide ſit iuſtos,qui nihil habent purgandum, ſtatim recipere præmium æternæ beatitudinis,iuxta illud 2. Cor. 5. *Scimus, quia ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, ædificationem ex Deo habemus domum non manufactam æternam in cœlis.* Et è contra,decedentes animas in peccato mortali ſtatim in gehennam detrudi,vt de diuite Epulone dicitur in Euangelio: *Mortuus eſt diues,& ſepultus in inferno*, Luc. 16. Hinc ſequitur, de fide etiam eſſe ſingulos homines ſtatim iudicari in morte ſua, particulari iudicio. Quamuis autem ante Chriſti aduentum, re ipſa non reciperent præmium viſionis beatæ; nondum enim propalata erat Sanctorum vita;vt colligitur ex *Heb.* 9. animæ tamen in gratia decedentes acci-

piebant præmium in ſpe certa, locóque & ſtatu ſegregabantur ab iniuſtis, & ideo tunc etiam ſtatim iudicabantur. Lege Aug. *lib. de prædeſt. Sanct. cap. 12. & 14. & lib. de pecc. orig. cap. 30. & lib. qq. in Geneſ. q. 168. & conc. 2. in Pſal. 2.*
8. Quod ipſum etiam de animabus Purgatorij certum eſt, & definitum dicitur à Leone X. *contra art. 38. Lutheri,* & latiùs oſtendemus *tom. 4. tract. de purg.* aduerſùs quoſdam etiam, Catholicos alioqui ſcriptores, qui ſecus ſenſerunt. Nulla quippe ratio reddi poteſt, cur non etiam iis manifeſtetur iudicis ſententia, quæ magis propter ipſas profertur, quàm propter ipſum Iudicem: præſertim quia ſuppoſita fide, quam illæ animæ in via habuerunt, neceſſariò in Purgatorio intelligunt ſe eſſe in ſtatu miſericordiæ diuinæ, quia nec deſperant, nec blaſphemant, nec odio Deum proſequuntur:

tur: purgari tamen, vt deinde ad beatitudinem perducantur.

9. De animabus puerorum decedentium abſque Baptiſmo, illud vnum certum eſt, ſtatim eas agnoſcere ſtatum ſuum, & quòd in eo ſint perpetuò manſuræ, quia hoc pertinet ad immutabilitatem illius ſtatus. An verò noſcant cauſam, propter quam illum ſtatum accipiũt, & rationem culpæ, quam in ſe habent, & cõſequenter etiam rationem pœnæ, quæ eſt in carentia viſionis beatæ, vel ſolùm apprehendant illum ſtatum, vt connaturalem ſibi, hæc omnia incerta ſunt. Illud tamen prius videtur probabilius, vt attigimus ſuprà, cùm de deſcenſu Chriſti ad Inferos, & dicemus infrà, cùm de Iudicio vniuerſali. Igitur poſt mortem nulla anima ſeparata eſt incerta de ſtatu ſuo perpetuo; quamuis de temporali incertæ eſſe poſſint, v. g. ignorat anima beata,

quamdiu futura ſit ſine ſuo corpore, & ſic de aliis. Déque hoc temporali ſtatu intelligendus eſt Ambr.*lib.2. de Caim, & Abel.c.2.* dicens:*ſoluitur à corpore anima,& poſt finem vitæ huius adhuc tamen futuri iudicij ambigua ſuſpenditur.*

10. Anima decedens à corpore non iudicatur in breui aliquo tempore,ſiue inſtanti antecedente inſtans mortis, quia nondum eſt completa hominis malitia, vel meritum, neque denegatum tempus ad agendum pœnitentiam, Itaque viſiones, quas Climacus *gr.7.*Greg.*lib.4. dial. c.38.* & Bed. *lib.5. hiſt. Angl. c.14. & 15.* quæ videntur indicare tali tempore fieri hoc iudicium, ita ſunt explicandæ,vt permittat Deus aliquando, ita animas eo tempore affligi, & terreri à dæmonibus, vt in deſperationem cadãt, quamuis reuera ex parte Dei ſententia nondum

ſit

ſit data. Neque paulò poſt inſtans mortis, quia ſtatim, & nullo, vel breuiſſimo tempore intercedente, anima poſt mortem accipit iuſtam retributionem, vti ſuprà probatum eſt, & patet etiam Eccl. 11. *Facilè eſt Deo in die obitus retribuere vnicuique iuxta vias ſuas, & in fine hominis denudatio operum illius.* Neque enim Deus indiget teſtibus, aut prolixa cauſæ diſcuſſione. Viſiones autem apud Aug. *lib. de cur. per mort. cap.* 12 Greg. *lib.* 4. *dial. c.* 36. Leontium *in vit. S. Io. Eleemoſynarij*, & Surium *in vita S. Brunonis*, &c. ſine vlla falſitate res nobis repræſentant modo nobis accommodato, quamuis non eo modo, & ordine fiant, quo repræſentantur. Supereſt igitur, vt in eodem inſtanti, quo ſeparatur anima à corpore, audiat ſuam ſententiam, & deferatur ad locum ſuum. Anima quippe ſeparata cùm ex probabili opinione poſſit tranſ-

ire de extremo ad extremum ſine medio, & moueri in momento ad locum diſtantem, conſequenter in eodem inſtanti mortis, quo deſinit informare corpus, deſinit etiam exiſtere in loco corporis, & eſſe in loco ſibi deſtinato.

DISPVTATIO LIII.

De vniuerſali iudicio.

1. INcertum, an in valle Ioſaphat, per quam ſcilicet fluit Cedron; an verò in aliquo alio terræ loco. Et verò illud Ioel. 3. *Educam eas in valle Ioſaphat, & diſceptabo cum eis*, non vrget; multi enim negant vallem aliquam Ioſaphat appellatam: vnde fit apud Prophetam illud non eſſe cognomen alicuius vallis ſpecialis, ſed denominationem ſumptam à iudicio ibi futuro: nam *Ioſaphat* iudicium

dicium Domini ſignificat. Vnde Chaldæus vertit, *in vallem diuiſionis iudicij.* Priorem tamen vulgatam ſententiam magis probamus, eámque aſſerunt D. Thom. Alb. Palud. Anton. Sot. Carthuſ. Lyran. & Aretas *in* 11.*c. Apoc.* Poſteriorem Strabus *in Gl. ord.* Mag. Alen. Anſel.

2. Per dexteram, & ſiniſtram cōmodiùs intelligitur more Scripturæ felicitas, & infelìcitas. Ita Orig. *tract.* 34. *in Matth.* Hil. *can.* 28. & Anſel. *Matth.* 25. Hanc expoſitionem frequentiùs Scholaſtici vſurpant, & meritò: nam ſi omnes iuſti futurì ſunt in aëre, damnati verò in terra, quomodo in dextera, & ſiniſtra Chriſti?

DISPV

DISPVTATIO LIV.

De Antichriſto.

1. AN de tribu Dan, an ex adulterio, an ex Dæmone ſuccubo, & incubo progignendus, incertum. At ſumma erit nequitia præditus, & ab initio conceptionis Dæmoni tentandus, circumueniendus, & erudiendus tradetur; (ſalua tamen ſemper liberi arbitrij poteſtate.) imò, quantum in ſe erit, operabitur Dæmon, vt vitiis procliue, & maximè proportionatum fiat eius temperamentum, commouendo, ſcilicet, humores, & applicando agentia, & materiam: & hoc fortè ſenſu Hieron. *Iſai.* 16. Dæmonem appellat patrem Antichriſti. Numquam morale bonum opus facturum, non eſt incredibile. Clam educabitur. Dàm. *lib.* 4. *c.* 27. A pueritia præſtigiis, & magica

gica arte imbuetur. Cyr. *Catech.* 15.Numquam ferè habebit locum cuſtos Angelus, vt ei Dæmonum familiariſſimo, & in prauis actibus occupatiſſimo bonum inſpiret. Anton.4.*p.tit.*13.*c.*14.§.3. Atheos erit. Trahet homines ad ſe eloquentia,diuitiis,minis,& tormentis, ac falſis miraculis. Anſel. *in Elucid.*Athan.*q.*30.*ad Antiochum.* Babylone naſcetur, & regnabit. Vniuerſum orbẽ ſubiugabit. Hieroſolymis deinde ſedem regni ſtatuet,2.*Theſſ.*2.& Patres ex eo loco. Ibi Enoch, & Elias occidentur. *Apoc.*11. Roma vel adueniente Antichriſto, vel ab ipſo, & miniſtris eius euertetur. Innuit Ioan. *Apoc.*17.Occidetur Antichriſtus à Michaële in monte Oliueti. D. Thom.atque alij.

DISPVTATIO LV.

De Chriſti præcurſoribus.

1. ENoch & Elias poſt tranſlationem ad Paradiſum non fuiſſe neque corpore, neque anima glorificatos, eſt ferè de fide, licèt Gaz. *in Gen.* Eugub. *in recogn.vet. Teſt. c.* 2. *Gen.* & Cathar. *opuſc. de conſum.glor.Chriſti*, oppoſitum dicant. Non ſunt in ſtatu merendi, ſed fuerunt in eo ſtatu vſque ad tranſlationem, & redibunt, cùm aduenient præcurſores Chriſti. Id eſt longè probabilius, quàm oppoſitum, alioqui in tam lõgo tempore infinita haberent merita. Itaque licèt non ſint in termino, ſunt tamen extra viam. Suar. *ſect.* 1. §. *ex iis.* In tranſlatione confirmati ſunt in gratia. Nullos inordinatos fomitis motus ſentiunt: nullam corporis, aut imaginationis grauedinem.

nem. Bern. *ſer.6.de Aſcen.* Diuinis ſæpe fruuntur conſolationibus, & illuſtrationibus. Dei aduentum ad redimendos homines cognouerunt. Chriſtum non ſolum Elias in monte Thabor, ſed etiam, vt probabile eſt, Enoch aliquando vidit. An verò nunc videant illum ſaltem ſecundùm humanitatem, incertum eſt. Veriſimilius eſt non indigere eos corporeo cibo, aut potu, ſed abſque vlla alteratione à Deo conſeruari, vt indicat Bern. *loc. cit.* & Hieron. *ep. 61.* atque Epiph. *hær. 64.* licèt Aug. dubitet *lib. de pecc. mor. c. 3. & lib. cont. aduer. legis. c. 15.* ait eos fortè ſuſtentari ligno vitæ, quod & D. Thom. aſſerit ſup. *q.49. art.5. ad 2. & 1. p. q.102. art.2. ad 3. & 2. d.29. q. vn. art.5. ad 4.*

2. Licèt probabilius ſit, quod D. Thom. *loc. cit.* Iren. *lib.5. c.5.* Iuſt. *q.85.* Athan. *in epiſt. de decretis Nican* Traditio Apoſtolica à presby-

teris Aſiæ relata apud Iren. *loc.cit.* Hiero. *ep.*71. Aug. *loc.cit.* Iſid. *de obit. ſanct. c.*3. eos in terreſtri illo Adami Paradiſo degere: tamen eſt etiam probabile aliò, in locum ſcilicet amœniſſimum, & remotum tranſlatos, vt Aug. *loc.cit.* Greg. *hom.* 29. Rup. *lib.* 3. *de Trin. c.*30. præcipuè cùm vox, *Paradiſus*, in quem tranſlatus dicitur Enoch, *Eccl.*44. in gr. exempl. deſideretur, & quandoque generale nomen ſit ſignificans locum amœnum, & iucundum; vt patet ex illo Cant. *Emiſſiones tuæ paradiſus.* Adde recentiores multis argumentis docere, Paradiſum terreſtrem aquis diluuij periiſſe. Perer. *tom.* 1. *in Gen. lib.*3. *diſp.*1. *q.*4. *& lib.*7. *q.vlt.* & Geneb. *lib.*1. *Chronogr. in* 1. *ætate.* Ianſen. *c.*143. Oleaſt. *in* 2. *cap. Gen.* Eugub. *loc. ſup. cit.* Quare temerè Six. *lib.*5. *annot.* 36. hanc opinionem temeritatis, & erroris arguit. Itaque prudenter, vt ſolet, & modeſtè

deſtè agit Aug. *lib.* 2. *de pecc. orig. c.*23. negans quæſtionem hanc ad dogma fidei ſpectare. Patres denique ij, qui aſſerunt in cœlos tranſlatos eſſe, vt Auit. *lib.*4. *de diluu. c.*6. Doroth. *in ſynopſi*, & Hiero. *in Amos* 9. improbabilem aſſeruat ſententiam, vel non veros cœlos intellexerunt.

3. Venturos eſſe tempore Antichriſti de fide eſt, aut fidei proximum, *Apoc.*11. *Eccl.*44. éſtque totius Eccleſiæ ſenſus, vt Aretas ait *in Apoc.* Venient, vt probabile eſt, poſtquam rerum omnium potitus fuerit Antichriſtus. Aug. *lib.*1. *qq. Euang. q.*21. Anſel. *in Elucid.* Igne de cœlo veniente vaſtabit Elias hoſtes ſuos, *Apoc.*11. Martyrium vterque ſubibit, *ibid.* Poſt triduum reſurgent, ſtupentibus cunctis; & vocati voce hac, *Aſcendite huc*, aſcendent in cœlum in nube in conſpectu omnium, *ibid.*

4. Hieremias non erit præcur-

ſor Chriſti Iudicis. Hilar. *can.* 20. *in Matth.* contra Victorinum, qui *in Apoc.* 11. id docuit. Nec Moyſes; vt parum probabiliter docent Hilar *can.* 20. Cathar. *Gen.* 3. Arbor. *in Theoph. lib.* 11. *cap.* 11. Ioachimus Abb. & Gagn. *in Apoc.* 11. Nam patet eum obiiſſe, & improbabile eſt è cœleſti gloria iterum ad vitam mortalem rediturum. Nec Ioan. Euang. ob eaſdem rationes: eum enim obiiſſe longè probabilius eſt, & ferè certum. Adde *Apoc.* 11. duos tantùm ſcribi præcurſores Chriſti. Quòd verò *Apoc. c.* 10. ait ſe iterum prophetaturum, vel expone de Euangelio, quod poſt Apocalypſim ſcripſit, vel ſimpliciùs dicas id impletum eſſe, cùm iterum in Aſia prædicauit, quando ex inſula Pathmos reuerſus eſt.

DISPVTATIO LVI.

De ſignis, quæ iudicium præcedent.

1. ANte Antichriſti aduentum non eſt neceſſe, vt omnes, & ſinguli homines Chriſto credant, licèt in omnibus prouinciis prædicandum ſit Euangelium, eo quòd *Apoc.* 7. ex omnibus linguis aliqui ſint ſaluandi. Ita Aug. *ep.* 78. & 80. *de vnit. Eccleſ. cap* 15. & alibi ſæpe. Idque ſibi vult Chriſtus *Matth.* 24. Prædicabitur Euangelium in vniuerſo orbe; nec vrget illud Ioan. 10. *erit vnum ouile, & vnus paſtor.* Nam ibi de vnione Iudæorum, & gentium eſt ſermo, atque ex iis duobus gregibus conſtituendum eſſe vnum ouile.

2. Romani Imperij euerſio non eſt euidens ſignum Antichriſti, aut finis ſæculi, multò minus vrbis de-

ſtructio. Nec loca ſunt in Scriptura, quæ vrgeant. At ex ſententia Patrum, & veteri ſenſu, ac traditione id ſit veriſimile.

3. Solis, & Lunæ obſcuratio, ſtellarum caſus, & commotio virtutum, poſt finitam Antichriſti tribulationem erunt, licèt ante aduentum Chriſti. Ita Hieron. Chryſoſt. Emiſſ. &c. vno excepto Auguſtino; & quidem cùm hæc ſigna anguſtiam ſint hominibus allatura præ timore, & expectatione eorum, quæ ſuperuenient vniuerſo orbi, dicendum eſt apparitura viuentibus adhuc in carne mortali hominibus: nam poſt reſurrectionem non habebit locum dubia expectatio futurorum.

4. Dices: Quomodo *dies Domini veniet ſicut fur,* ſi tot ſigna præcedent? Reſpondet OEcum. 1. *Theſſ.* 5. his ſignis poſſe quidem cognoſci appropinquare finem

mundi,

mundi, non tamen fore certam diem, & horam aduentus Iudicis; & hac ratione verum eſſe, diem illam venturam vt furem. quod declarat exemplo mulieris prægnantis, quo Paulus vtitur, quæ licèt ſigna habeat partus, ignorat tamen diem, & horam. Sed vrgebis; quia hoc eſt quidem ſatis, vt dies ille ſit incertus, non tamen vt veniat vt fur, & inexpectatus, & in pace, & ſecuritate exiſtentibus, vt dicitur 1. *Theſſ.* 5. Reſpondet Ambr. hæc non eſſe intelligenda de aduentu Domini pręcisè quoad diem iudicij, ſed prout includit hæc omnia ſigna, nempe, totum illud infelix, & formidabile tempus veniet vt fur, &c. Ita etiam Ianſen. *cap.* 128. & D. Thom. 4. *d.* 48. *q.* 1. *ad* 1. *&* 2.

5. Ea ſigna non ſpiritualiter tantùm, ſed verè, & ſenſibiliter, ac vt litera profert, intelligenda ſunt. Ita Patres omnes, vno Auguſtino

excepto. Obſcurabuntur autem cœli luminaria, non quidem (vt D. Thom. *opuſc.* 10. *art.* 30. Hil. *cap.* 26. Chryſoſtom. Hieron. & Bed. *in Matth.*) propter nimiam claritatem corporis Chriſti; vel propter fulgentiſſimæ crucis ſplendorem (vt Auguſt. ait *ſerm.* 130. *de temp.*) Nam hæc ſigna, vt ſuprà *num.* 3. diximus, erunt aliquot diebus ante Chriſti deſcenſum. Nec propter tenebroſum fumum ex conflagratione mundi, (vt Orig. *tract.* 30. *in Matth.*) nam huiuſmodi conflagratio futura eſt poſt diem iudicij. Dicendum igitur, vel quòd ſol priuabitur ſua luce intrinſeca, & naturali, & conſequenter luna, & cætera aſtra. Ita videntur propriè ſignificare verba *Ioel.* 3. *&* 2. *& Apoc.* 6. & ſic Orig. ſentit, ac Rab. *Matth.* 24. & non diſplicet D. Th. 4. *d.* 48. *q.* 1. *art.* 4. *q.* 2. Vel per varias, & inuſitatas Eclipſes aſtrorum inter ſe, & ita cenſet Lact.

lib. 7.

lib.7.cap. 16. Vel (quod maximè probo) quòd ſol non priuabitur quidem ſuo lumine, ſed actiua illuminatione. Idque fieri poterit vel per interpoſitionem alicuius denſiſſimæ nubis, vt Soto placet *d.46.q.2. art.2.* vel, quod probabilius videtur, Deo ſuſpendente concurſum, vt ſcilicet Sol lumen ad cætera aſtra, & in hunc inferiorem orbem diffundere nequeat,

6. Expoſitio illa, quòd ſtellæ verè cadent è cœlo, ſoli Origeni, cuius eſt, relinquatur; cæteri enim omnes rectè ſentientes exponunt, *ſtellas cadere*, nihil aliud eſſe, quàm obſcurari; ſolet enim Scriptura ita interdum de rebus loqui, ſicut hominibus apparent. Ita Hieron. & Bed. *in Matth.* quos Scholaſtici ſequuntur: & explicari poteſt iſte Lucæ locus per illum *Ioel.*3.

7. Tertium illud ſignum, *Virtu-*

DISPVTATIO LVII.

De aduentu iudicis, & ſententia.

1. IGnis ante ipſum præcedet, Pſ. 96. (hunc verſ. de ſecundo Chriſti aduentu Paulus citat *Heb.* 1.) Ignis, inquam, verus, & realis. Quo fine? reiectis aliorum ſententiis, probabiliſſimum eſt ob terrendos, cruciandóſque damnatos; id enim ſubdit, *& inflammabit in circuitu inimicos eius.* Sicut namque corpora beatorum ſtatim ac reſurgent, incipient frui dotibus glorioſis, attollíque ad cæleſtia cum Chriſto: ita è contra damnati ſtatim incipient pœnam ſenſus, & ignis cruciatus in corporibus experiri. Idipſum ad literam dicitur 2. Theſſ. 1. *In reuelatione Domini Ieſu, de cœlo, &c.*

2. Cuius naturæ erit hic ignis? Eiuſdem

Eiuſdem cum igne inferni. nam ad eundem effectum aſſumetur, vt inſtrumentum diuinę iuſtitiæ. Vnde ſicut ignis inferni corporeus eſt, & eiuſdem rationis cum elementari, iuxta receptam fidei ſententiam, ita & hic ignis erit elementaris.

3. Cuius originis? Aliqui dicunt ab inferno diuina virtute exoriendum. At probabilius, quod ait Lactant. è ſuperiori aëris regione ex terræ vaporibus generatum demittendum; quod & loca Scripturæ indicant.

4. Crux, id eſt, ſignum filij hominis in iudicio deferetur. Num illa eadem numero, cui Chriſtus confixus fuit? VVald. *tom.* 3. *tit.* 20. *c.* 158. & apud eum Chryſoſt. *hom. de cruce, & latro.* Ephrem *lib. de vera pœn. c.* 4. Sibylla *lib.* 6. *ad fin.* Aug. *ſer.* 130. *de temp.* docent illam eandem numero deferendam. Nec deſunt, qui cenſeant lignum illud

ſacro

ſacroſanctum perpetuò in cœlis conſeruandum, veluti immutatum ad ſtatum incorruptibilitatis, eò qùod ſpeciali modo fuerit inſtrumentum noſtræ redemptionis, & altare, quo ſe ipſum Chriſtus obtulit. Porrò quòd eadem numero crux ſit deferenda, id quidem eſt probabile, ſed incertum. Alij itaque probabilius exiſtimant non ipſum lignum crucis, ſed ſolum ſignum ex aëre formatum eſſe appariturum. Ita Anſel. *in Elucid.* Ant. 4. *p. tit.* 24. *c.* 11. §. 5. D.Th. 4. *d.* 48. *q.* 1. *art.* 2. *ad* 2. *& opuſc.* 2. *c.* 243. Abul. Ianſ. *Matth.* 24.

5. Quando apparebit? Alij dicunt, multis diebus ante aduentum iudicis, paulò ſcilicet poſt mortem Antichriſti. Idque confirmari poteſt ex verbis Clem. *lib.* 7. *conſt. c.* 3. Alij, probabilius cenſent non apparituram vſque ad ipſum iudicij diem. Ita Anſel. *in Elucid.* & cæteri Patres, qui docent ab Angelis

gelis deferendam ſuper humeros ante conſpectum Chriſti deſcendentis. Ita Ephr. Cyril. Hieron. Chryſoſt. Aug. *loc. cit.* & Iul. Pomer. *lib. 3. prognoſt. c. 5.*

6. Aliáne paſſionis inſignia proferentur? Aliqui apud Vigu. *c. 21. §. 2. verſ. 6.* id opinati ſunt, ídque legitur *opuſc. 2. c. 244.* quod D. Th. tribuitur. Incertum tamen id eſt.

7. Omnes Angeli comitabuntur iudicem? Id probabile eſt ex his, quæ diximus *diſp. 50. n. 3. & hac diſp. n. 5.* venturos in aſſumptis corporibus lucidiſſimis, & pulcherrimis. Chriſtus verò ab Oriẽte veniet. Dam. *lib. 4. c. 13.*

8. In throno maieſtatis ſuæ magno, & candido ſedebit Chriſtus, *Apoc. 20.* vel metaphoricè exponendo, vt ſcilicet his verbis gloria, & maieſtas Chriſti explicetur, vel ad literam, throno ſenſibili, & corporeo. Illud aſſerit Orig. *tract. 34. in Matth.* Hoc multo probabilius

bilius docet Anſel. *in Elucid* & fortè probabile eſt non ſolùm in loco iudicij ſeſſurum Chriſtum hoc modo, verùm etiam in eodem throno deſcenſurum, atque in eo angelicis humeris deuehendum, & fortaſſe à thronis in aſſumptis corporibus, non quòd vehiculo egeat, ſed ad oſtenſionem maieſtatis. Chriſtum autem omnes videbunt etiam quoad claritatem corporis, & maieſtatem. Nam gloria diuinitatis non oſtendetur reprobis, ſed tantùm electis. Aug. 1. *de Trin. c.* 13. Iſid. *lib.* 1. *de ſum. bon. c.* 30. Theologi *d.* 48.

9. Non ſoli duodecim Apoſtoli iudicabunt (vt Ricc. *de fam.* Vict. *tom. de pot. iud.* ait.) id enim confutatur ex Aug. *in Pſal.* 49. ſed etiam omnes voluntariam paupertatem profitentes, & perfectam Chriſti imitationem. Ita Aug. *loc. cit.* Greg. *lib.* 10. *mor. c.* 17. vel 30. Anſel. *ep.* 10. Hiero. *ep.* 28. Bed. *in feſto S. Ben.*

Bern.

Bern.*ſer.*8.*in Pſal.Qui habitat*, atque in illud, *Ecce nos reliquimus.* D.Thom.*d* 47.*& opuſc.* 19.*c.*6.*&* 7. Palud Sot. &c. Colligitur ex *Matth.*19.& ex Iob. 36. *Iudicium pauperibus tribuit.* Non enim ſola cuiuſque paupertatis profeſſio ſufficit. Nam *Matth.*19.illa duo coniunguntur, *Vos qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me.* Ita Abul.*q.* 205.*in Matth.*19. & Ant.3.*p.tit.* 16.*c.*5.§.8. Hæc autem iudiciaria poteſtas, licèt ſoli Chriſto data ſit, tamen his perfectis Chriſti imitatoribus conferetur, ſaltem participatio in iudicio diſceptationis, quo arguent, & conuincent reos, & ex plena notitia rationem iuſtæ ſententiæ iudicandis ingerent. Quod autem *Sap.* 3. tribuitur iudiciũ omnibus electis, id exponẽdũ de iudicio approbationis; omnes enim laudabunt iudiciũ Chriſti. Illud autem, *Regina Auſtri*, &c. dicitur de iudicio comparationis.

10. An

10. Angeli homines non iudicabunt; ſunt enim diuerſæ naturæ. D. Thom. *loc. cit.* Sot. &c. Quòd ſi obiicias Paulum dicentem, *Angelos iudicabimus*, &c. & tamen diuerſæ ſunt naturæ. Reſpondetur non eſſe neceſſe, vt homines iudicent Angelos, niſi iudicio approbationis, & comparationis. At reſpectu malorum Angelorum probabile eſt eos fore iudices. Idque innuitur *Dan.* 7. vbi plerique Angeli Deo iudicanti aſſiſtunt.

11. Throni iudicantium veriſimile eſt fore aërea ſedilia ſplendidiſſima, ſuper quæ ſeſſuri ſunt in loco Chriſto propiori, & digniori, & hoc indicat Tert. *lib. de reſur. carn. c.* 35. vbi inter ſigna corporalis diſpoſitionis ponit ſedere in duodecim thronis. Apertè autem id docent Anſel. Abul. & alij.

12. Paruulos ſine gratia mortuos iudicandos eſſe, negat Dur. 2. *d.* 33. *q.* 3. Carthuſ. 4. *d.* 47. *q.* 1. Al-

bert *apud Carthuſ.* D.Thom.*ibid. art.*3.*q.*1.*ad* 3.ait : *In iudicio comparebunt, non vt iudicentur, ſed vt gloriam videant iudicis.* Idem ait *quæſt.*5. *de malo*, *art.* 3. Affirmat autem Bon. *art.*1. *q.*3. & Sot. *q.*1. *art* 3. *ad* 2. Vtrumque probabile: at hoc probabilius, tum quòd Paulus 2. *Cor.* 5. neminem à iudicio excludat : tum quòd Aug.*lib.*3.*de lib.arb.c.*23. & Greg.*lib.* 9. *mor.c.* 12.vel 16 id planè confirment.

13. Licèt omnes electi, nemine excepto, iudicabuntur, quoad prolationem ſententiæ, ſeu iudicium (vt vocant) approbationis; tamen iudicio diſcuſſionis, quæ eſt collatio bonarum, & malarum actionum, tum B.V. tum infantes iuſtificati non iudicabuntur. Cæteri autẽ omnes, qui venialiter, vel mortaliter deliquerunt, hoc diſcuſſionis iudicio ſunt iudicandi. Ita Anſel. Hug. Aug.*lib.med c.*4. D.Tho. *d.*41.*art.vlt.* & cõmuniter Theologi,

logi: exceptis Magiſtro *d.*43. Vigu. *c.*21. § 3. *verſ.*8. & Somnio *tract. de iud.c.*3. Adde his Dur. *d.*47.*q.*2. & Palud.*q.*1.*art.*2. qui inconueniens ducunt peccata iam tecta, & deleta publicanda At prior opinio eſt longè probabilior, & fundatur Matth. 12. *De omni verbo otioſo,* &c. & Eccleſ vlt. *Cuncta quæ fiunt, adducet in iudicium.*

14. Angelos, quoad præmium, vel pœnam eſſentialem, non eſſe iudicandos, docet D. Thom. *hîc q.* 59.*art.*6. & Thomiſtæ. At probatur magis oppoſita ſententia, quæ eſt D. Bon.*d.*47. *art.*1.*q.*6. Firmatúrque ex illo 2. *Petr.* 2. & ex 1. Cor.6. *Neſcitis quoniã Angelos iudicabimus?* Quod de iudicio vniuerſali exponũt Chryſoſt. Theod. Ambr. Anſel. & alij, ex quibus quidam abſolutè de omnibus tum bonis, tum malis Angelis intelligunt. Confirmant hanc ſententiam Clem. VII. *conſt.c.*33. & Lact. *lib.* 7.*c.*26.

7.*c*.26.& certè iudex Chriſtus, licèt non ſit redemptor Angelorum, eſt tamen Saluator, & iuſtificator.

15. An manifeſtatio bonorum, & malorum operum, & illa exprobratio,& excuſatio *Matth*.25. facienda ſit ſenſibili voce, an verò mentaliter, incertum eſt. Idem dicito de ſingulis, priuatíſque ſententiis. At ſententia vniuerſalis, *Ite maledicti*, &, *Venite benedicti*, ſenſibili voce proferenda eſt, vt probabiliter docet Anſel. *in Elucid.*Abul. *Matth*.25.*q*.333. & frequentiùs Scholaſtici *d*.47.

16. Qua prolata, finietur iudicium: ſtatim ergo aperietur terra, vt deglutiat damnatos, & beati cum Chriſto ad cœlos euolabunt. Quanto autem ſpatio duraturum ſit iudicium, incertum eſſe docet Aug.*lib*.20.*de Ciu.Dei*, *c*.1. Nam licèt communiter appelletur dies iudicij, tamen ibi dies non pro

natu

naturali die, ſed pro toto ſumitur ſpatio, quo durabit iudicium: eſt autem veriſimile nec per inſtans tantùm, nec magno temporis ſpatio duraturum. Quod poſtremum ſignatur illis verbis, *Sicut exit fulgur*, &c. & Mal. 3. *Ero teſtis velox, adulteris*, &c. quem locum perpendit Aug. *loc. cit. c.* 26. Vide Theologos *d.* 47.

DISPVTATIO LVIII.

De ſtatu Chriſti, & totius uniuerſi, poſt peractum iudicium.

1. IVdex Chriſtus, qui ab Oriente veniet ad iudicium, versùs Occidentem reuertetur. Ita colligit probabiliter Dam. *lib. 4. cap.* 13. ex Matth. 24. *Sicut fulgur exit ab Oriente*, &c. qui hanc cauſam inter

alias reddit, cur orandum ſit verſùs Orientem.

2. Mundus renouabitur, id eſt, ceſſante corruptione in ſtatum incorruptibilem, & vitæ immortali beatorum proportionatum innouabitur (ob electos enim omnia facta ſunt, 1.Cor.3. *Omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti*,) hic eſt ſenſus Pauli *Rom.* 8. expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat; vanitati enim (ideſt, perpetuæ mutationi, & ſucceſſioni) ſubiecta eſt non volens, &c. Id vidit Iſai.65. & Ioan. *Apoc.* 21. & Petr.2.*cap.* 3.

3. Quæ innouatio fiet peracto iudicio, & poſt reditum Chriſti in cœlum. Hoc eſt longè probabilius, quàm oppoſitũ dictum à quibuſdam Theologis. Confirmatur enim auctoritate Aug. 20. *de Ciu. cap.*4. Iul. Pomp. *lib.* 3. *prognoſt. cap.* 47. *&* 48. Anſelm. *in Elucid.* Elicitur ex *Apoc.* 20. & ex 1. *Cor.* 15. vide

15. vide Aug & Anſelm. *loc. cit.*

4. Elementa igne conflagrationis non annihilabuntur, ſed incorruptionem induent, neque quoad ſubſtantiam corrumpentur, & deſtruentur, ſed perficientur ſolummodò. Ita probabiliter D. Thom. *d. 42. q. 2. art. 2. q. 2.* & cæteri Theologi. Id præcipuè intellige, quòd ſecundùm aliquas ſaltem partes remanebunt hæc eadem elementa: hæc autem innouatio conſiſtit in ablatione ſordium, & in additione qualitatum perficientium, nempe claritatis proportionaliter à Deo tribuendæ omnibus elementis. Itaque terra ſaltem in ſuperficie (vt D. Thom. *d. 48. art. 4. q. 2.*) erit ſicut vitrum, vel etiam erit diaphana vſque ad limbum incluſiuè, vt Palud. *q. 1.* docet; aqua verò ſicut cryſtallus: aër ſicut nunc eſt cœlum: ignis autem ſicut nunc ſunt luminaria cœli, eaque lux erit vel ex ſola vir-

tute actiua aſtrorum, & cœlorum, è quorum maxima luce ſplendeſcent: vel ex ſpeciali virtute diuina, iuxta illud *Iſai.* 60. ad hunc inferiorem mundum loquentis, *Non erit tibi amplius ſol ad lucendum*, &c. Item cœlum æthereum non ſubſtantialiter (vt aliqui ex Patribus, & multi recentiores, nempe Cathar. *Hebr.* 1. *&* 2. *Pet.* 3. Magius *lib.* 2. *de exuſt. mun. cap.* 6. *&* 7. Valleſ. *de ſac. Phil. cap.* 89. probabiliter quidem, ſed minus verè dixerunt) immutandum eſſe, ſed tantùm accidentaliter per temporis, & motus ceſſationem, & per lucis incrementum. *Deut.* 4. *Apoc.* 10. *Iſai.* 30. & ibi Hier. Hæc autem lux ſuperaddetur ſupernaturaliter ad maiorem, ſcilicet gloriam, & lætitiam corporum beatorum, vel, vt Ricc. *d.* 48. *art.* 2. *q.* 5. ait, reſultabit ad cœlos ex claritate corporum beatorum.

5. Ignis ille, quo, poſt reditum Chri

Chriſti, elementa amburentur, & ſordibus per eum ablatis innouabuntur, elementaris erit, & eiuſdẽ naturæ cum eo. Generabitur ex terræ exhalationibus, aut ſimili materia, quæ facilè accendi poſſit; non enim veriſimile eſt ignem, qui eſt in ſua ſphæra, deſcenſurum in terram ad eam purgandam, tum quòd raritate non ſit idoneus combuſtioni, tum etiam quòd ſi locum ſuum relinqueret, daretur vacuum.

6. Mixta omnia igne exurenda, 2. Pet. 3. *Terra, & omnia, quæ in ea ſunt, opera, exurentur*; & ita exponitur hic locus ab omnibus, præſertim Scholaſticis, quapropter temerarium eſſet id negare. An verò poſtea in elementorum innouatione aliqua mixta ſint iterum producenda ad mundi ornatum, & beatorum oblectamentum, Anſelm. *in Elucid.* & Gul. Par. *apud Carthuſ. 4. d. 48.* affirmant; cæteri

verò negant. Hoc verò eſt longè probabilius.

7. Omnia excrementa, & craſſiores illius ignis partes, peracta huiuſmodi innouatione, per hiatum illum ad Chriſti Iudicis ſententiam damnatis deuorandis aperiendum, deferentur in infernum. D. Thom *d.47.q.2.art 3.q 3.* & citat Baſ. in illud: *Vox Domini intercidentis flammam ignis.* Ita & cæteri Theologi.

8. Quieſcent ſol, & luna, aſtra, & cœli in eo ſitu, qui magis ad vniuerſi pulchritudinem conferre videbitur. Theod. 4. *d.* 48. elicitur ex illo Iſai. 60. *Non occidet vltra ſol tuus,* &c. quod à Cyr. *lib. 9. in Ioan. c. 46.* de tempore beatitudinis exponitur. Item ex Rom. 8. *Vanitati*, ideſt, motui, & ſucceſſioni, *creaturæ ſubiecta eſt non volens*; ergo cùm ab ea liberabitur, iam omnis motus ceſſabit. Dices: ergo vel nunc violenter mouentur, vel

tunc

tunc violenter quieſcent. Reſpondetur ex doctrina D. Thom. *q.5. de potentia art.5. in corp. & ad 6. & ad* 12. iuxta veram philoſophiam, cœlum ex peculiari, ac propria natura non magis poſtulare motum, quàm quietem, ſed in ordine ad naturam vniuerſalem, ſeu generalem mundi gubernationem illud dicitur eſſe illi naturale, quod iuxta totius vniuerſi ſtatum magis accommodatum videtur.

9. Terra operietur ne aquis? Reſpondetur, ſi infantes è limbo ſuper terram in ea habitaturi venient, non cooperietur: ſin minus, tota operietur; cùm huiuſmodi coopertio ſit magis elemento aquæ naturalis. Conſule *tract. de peccato originali*, vbi ea quæſtio tractatur.

FINIS.

INDEX RERVM.

A

ADAMVM poſt Abelis obitum caſtitatem vouiſſe,& poſtea ex præcepto Dei genuiſſe traditur. 53
Adami meritum, vide *Meritum.*
Adoratio B. Virginis. 127.1
Ei adoratio propria de intrinſeca debita, ratione maternitatis. 128.2
Aduentus iudicis,& ſententia. 283
Ignis ante iudicem. ibid. 1
Eius natura quæ. ibid. 2
Cuius originis. 284.3
Crux deferetur in iudicio. ibid. 4
Quomodo apparitura. 285.5
Omnes Angeli comitabuntur iudicem. 286.7
In throno maieſtatis ſuæ ſedebit Chriſtus. ibid 8
Iudicaturi qui. 287.9,10
Agilitatis dos. 224
Alma, pro virgine. 47
de Angelis in iudicio quid. 291.14

Ange

Angelorum meritum, v. *Meritum*.
Animæ ſanctæ ante mortem Domini. 174
Nulla anima iuſta vidit beatificè diuinam eſſentiam ante mortem Domini. ibid. 1
Animæ illæ in Limbo retinuerunt fidem & ſpem. 175.2
Nec venialiter quidem peccare poterant. ibid. 3.
Hæc impeccabilitas vnde. ibid. 4
Animæ ſanctorum Patrum quando & quomodo beatificatæ. 176. 1
de Animis damnatis ab inferno quid. 177. 2.
de Animis in Purgatorio quid. ibid. 3.
Annunciatio. 61
Antichriſtus. 270
Vnde progignendus. ibid. 1
Antichriſti pater, pro Dæmone. ibid.
Eius exitus. 271
Aperire vuluam quid. 49
Aqua ex latere Chriſti quæ. 173.9
Aſcenſio Domini. 249
Pomeridiano tempore facta. 250.3
Motu continuo aſcendit. ibid. 4
Nube vera, & reali. ibid.
Vel claritate corporis Chriſti circumdatus. ibid.
Omnes Angelorum ordines ad Chriſtum

ſtum deſcendendum deſcendiſſe. 251.1
Aſſumptio B V. 124
Super omnes Hierarchias eleuata. 126 4
Audacia Petri in abſcindenda auricula Malchi. 159.5
Aues à B V.oblatæ quæ. 104.2

B

Baptiſmus Ioannis. 137
Baptiſmo Ioannis baptizati ſoli Iudæi. ibid.2
Durauit eius Baptiſmus vſque ad carcerem ibid.
Nullam ve borum formam probabiliter habuit. ibid.3
Illius Baptiſmi effectus quis. 139 4
Baptiſmus ille vel proximum inſtitutorem habuit Ioannem; vel immediatè à Deo inſtitutus eſt eius ritus, & Ioanni traditus. ibid.5
Solus Ioannes baptizauit eo Baptiſmo, & non etiam eius diſcipuli. 140 6
Baptiſmus Ioannis vnde dictus. ibid.7
Apoſtoli omnes baptizati fuerant Baptiſmo Ioannis. 141.8
Omnes Apoſtolos baptizatos eſſe Baptiſmo Chriſti. ibid.

Baptiſ

Baptiſmus à Chriſto receptus. 142
Chriſtus quando baptizatus eſt à Ioanne, non inſtituit ſuum Baptiſmum, ſed præfigurauit ſanctificando elementum aquæ. 145.5

C

CAluariæ mons. 162 9
Chriſtus vnus tantùm filius, non duo. 83.3
An votum perpetuæ virginitatis fecerit. 146 1
Aliquo tempore vitæ ſuæ aliquarum rerum dominium habuit ſaltem in communi. ibid. 2
Aliquo tempore dominium proprium & in particulari. ibid.
Aliquo tempore omnium rerum tam in communi, quam in particulari proprietate caruit. ibid.
An emiſerit votum paupertatis. 147
An aliquando mendicauerit. ibid. 3
An cilicio, humicubatione, verberibus, &c. carnem ſuam affixerit. ibid. 4
Vtrùm ambulauerit aliquando nudis pedibus, ſiue calceis, aut ſandaliis vſus ſemper fuerit. ibid. 5
Ab aliis quid differat. 299.4

Corpo

Corporaliter ductus fuit ſuper pinnaculum templi, & ſupra montem excelſum. 150.3
In momento oſtendit ei Sathanas omnia regna mundi. ibid.4
Poſt tentationes credibile eſt reductum Dominum in deſertum è monte vel Angelorum miniſterio, vel ſua virtute. 151.5
An interdum deſcenderit in terram poſt eius aſcenſionem. 252
Chriſti Aſcenſio, v. *Aſcenſio.*
Chriſti Conceptio, v. *Conceptio.*
Chriſti deſcenſus ad Inferos, v. *Deſcenſus ad Inferos.*
Chriſti doctrina, & miracula, v. *Doctrina, & miracula.*
Chriſti mors, v. *Mors.*
Chriſti natiuitas, v. *Natiuitas.*
Chriſti nomen, v. *Nomen.*
Chriſti paſſio, v. *Paſſio.*
Chriſti poteſtas iudiciaria, v. *Iudiciaria poteſtas.*
Chriſti præcurſores, v. *Præcurſores Dom.*
Chriſti reſurrectio, v. *Reſurrectio.*
Chriſti tentatio, v. *Tentatio.*
Chriſti vita, v. *Vita.*
Circumciſio. 102
Circumciſus Dom. ibid.2
Circumciſionis locus, ſpelunca, in qua natus

natus eſt. 103.3
Claritatis dos. 211
Claudere vuluã apud Hebræos quid. 49
Columba miſſa ſuper Chriſtum. 144.3
Comeſtio Chriſti poſt reſurrectionem. 206.4.
Obiectio. 209.5
Reſponſio. ibid.
Conceptio B.V. arguitur. 30.12
Obiectio. 31
Reſponſio. ibid.
Dominicanorum, & Scotiſtarum, aliorúmque ſententiæ. 33.13,14
Conceptio Chriſti D. 57.6
Conceptionis humanæ Chriſti D. cauſæ quæ. 66
Conceptus fuit in vtero. ibid.1
Omnia concurrerunt quæ ſunt neceſſaria ad humanam generationem. ibid.
Obiectiones. ibid.2
Reſponſiones. ibid.
B.V. ſolam miniſtraſſe materiam probabilis opinio. 69.3
Chriſtus an potuerit concipi ex viro, abſoluta potentia. 73.4
Conceptionis modus quis. 75.1,2,3,4
Propriè concepiſſe B.V. 78.3
Obiectio. 79.4
Reſponſio. ibid.

Confeſſio Ioannis ante Baptiſmum. 137.1
Corpus B.V. perfectiſſimum. 152
Corporis Chriſti reſurgentis perfectio naturalis. 203

D

DÆmones niſi ſpeciali Dei prouidentia impediti, ne Chriſtum cognoſcerent, conuicti ſunt ad credendum, illum eſſe verum Meſſiam. 152.1
Dæmones non ignorarunt eius diuinitatem, maximè poſt reſurrectionem. 153.2
Obiectio. ibid. 3
Diluitur. ibid.
Alia obiectio. ibid.
Reſponſio. ibid.
Deſcenſus Chriſti ad Inferos. 176
An reali præſentia deſcenderit ad omnia loca infera. 179.4
Dextera, & ſiniſtra, i. felicitas, & infelicitas. 269.2
Doctrina, & miracula. 152
Dulia Sanctis debita. 129

E

ELectorum iudicium quod. 290.13
Elias, virgo. 51
Enoch & Elias. 272.1,2,3

Entia corruptibilia, vt lapis, canis, &c. an poſſint reparari eodem numero. 194.12
Eſſæni, virgines. 52.3

F

FLagellorum numerus in Chriſto 161.8
Fratres Domini qui. 49.3

G

GAbriel omnium cœleſtium ſpirituum ſupremus & princeps. 61
Idem apparuit Danieli, Zachariæ, Ioſepho, & Mariæ V. 62.2
Gabriel quid. ibid.
Humana & corporali ſpecie apparuit. 63.3
Gratiæ gratis datæ B.V. 122

H

HIeremias. 275.4
Hyperdulia B.V. debita. 128.3

I

IEremias, virgo. 51
Ieremiæ ſanctificatio, v. *Sanctificatio.*
Ieremias, v. *Hieremias.*
Ieſus Chriſto nomen proprium. 103.4
Ignis in die Pentecoſtes. 245

Impaſſibilitatis dos. 216
Imperium Romanum. 277.2
Incarnatio quando, & vbi facta. 64.4.5,6,7
Interceſſio B.V.eiuſdémque vis. 131.1
Io. Baptiſta, virgo. 51
Quando ſanctificatus. 133.1
Habuit fomitem. ibid 2
Peccauit venialiter. ibid 3
Num Apoſtolus. 135.4
Baptizatur à Chriſto. ibid.5
Qua ratione ponatur inter Sanctos N.T. 136.6
Virginitatem vouit. ibid.7
Obiit. ibid.8
Ioannis Baptiſmus, v. *Baptiſmus.*
Ioan. Baptiſtæ meritum, v. *Meritum.*
Io.Bapt.ſanctificatio, v.*Sanctificatio.*
Ioſaphat, pro iudicio. 268.8
Ioſephi ætas in deſponſatione. 57
Faber fuit lignarius, vel ferrarius. 58.2
Apoſtolis comparatus. ibid.3
Veriſimiliter omnes Sanctos in gratia & beatitudine antecelluit. 59.4.
Comparatur cum Prophetis. 60
Vtrùm ſanctificatus in vtero, caruerit fomite, & ibid.
Iudæi qua ratione Deum occiderint. 75

An cognouerint Chriſtum Meſſiam, & verum Deum. 155.4
Iudiciaria poteſtas Domini. 253. & & ſeqq.
Iudicium vniuerſale. 268. & 292. 16.
Vbi id fieri debeat. ibid.

L

Latrones duo, & ipſi clauis confixi. 162.10
Latro bonus non egebat Baptiſmo. ibid 11.
Tituli vtrùm etiam crucibus latronum ſuperpoſiti. 163.12
Eodem die naturali fuiſſe latronem admiſſum in Paradiſum. ibid. 13
Lauretana Eccleſia, domus B. Mariæ. 65.7
Loca in cœlo alia aliis digniora. 249.2

M

Magi. 90.2,3
Qui fuerint, & vnde. 91.3,4,5
Manifeſtationes Chriſti natiuitatis quatuor. 89.1,2
Maria, Moyſis ſoror. 53
B. Mariæ meritum, v. *Meritum*.
Maternitas B. V. 1
Verè mater Dei eſt. 2.2
Obiectio. 3.3
Reſponſio. 4.4,5

Matris Dei dignitatis duplex conſideratio. 6.6
Eius ad maternitatem, gratiam & gloriam prædeſtinatio. 9.8,9,10
Obiectiones duæ. 11.11
Reſponſiones. ibid.
Matrimonium B.V. 54
Cur factum. ibid.1
Verum inter Mariam & Ioſephum matrimonium. 55.2
De perfectione & tempore initi matrimonij. 56.3
B.V. poſt expletam omnem matrimonij ſolemnitatem Ioſepho immediatè data eſt ab ipſis Sacerdotibus. ibid.4
Ætatis fuit cùm nupſit inchoato anno 14. 57.5
Chriſtum concepit quarto menſe à deſponſatione. ibid.6
Meritum Io Baptiſtæ. 46
Angelorum. ibid.
Adami. ibid.
B. Mariæ. 113
Potuit, concepto filio, creſcere in gratia. ibid.1
Continenter meruit, nedum vigilans, ſed etiam dormiens. 114.2
Meruit ex opere operato in ſuſceptione Baptiſmi & Euchariſtiæ. 115.3

Item

Item confirmationis, & extremæ Vnctionis. ibid.
In fine vitæ ex perpetuo merito, & augmento gratiæ peruenit ad ſummam gratiæ intenſionem. 115.4
Probabile, B V. conſecutam eſſe plures gradus gratiæ, & charitatis, quàm ſint in omnibus ſanctis hominibus & Angelis. 116.5
Miracula Chriſti. 152
Mors B V. 124.1
Mors Chriſti D. quoad ſubſtantiam, eiuſque cauſas. 164
Fuit naturalis, vt naturalis diſtinguitur à miraculoſa. ibid.1
Nunquid fuerat naturalis vt diſtinguitur à violenta. 167.2
An naturalis vt diſtinguitur à libera. 168.3
Non eſt ſecuta in morte Chriſti ſeparatio diuinitatis à corpore & anima. 169.5
In corporis Chriſti materiam introducta eſt noua forma cadaueris. 170.6
Forma cadaueris, atque adeò illi natura integra ex illa forma, & materia compoſita, non fuit aſſumpta à Verbo. 172.7

Non tamen reſultauit ſuppoſitum creatum ex illa forma cadaueris, & materia. 173.8
Ex Chriſti latere exiuit vera aqua, non autem phlegma. ibid.9
Fluxerunt impermixta, priùs ſanguis, mox aqua. 174.10

N.

NAtiuitas Chriſti extra vterum. 86. 1,2
In Chriſti natiuitate B.V. non emiſit ſecundinas. 88.3
Chriſti natiuitatis manifeſtationes quatuor. 89.1,2
Chriſtus in præſepe inuentus, & adoratus à Magis. 96.6
Eodem anno, tertiodecimo die poſt natum Chriſtum. ibid.7,8
Stella illis apparuit die Dominica, qua natus eſt Chriſtus. 97.8
An ne ſemper Magis viſa vſque Iudæam. 99.10
Chriſtum natum vnde Magi cognouerint. 101.11
Nomen Chriſti Ieſus. 103.4

O.

OBlatio agni, ſeu turturum columbarúmque à B.V. 104
Origo naturalis B.V. 14

Paruulo

P

Paruulorum ſine gratia mortuorum iudicium. 389.12
Paſſio Domini. 157
Dolor quantus. ibid.1
Triſtitia quanta. 158.2
Senſibilis dolor Chriſti ſummus intenſiuè fuit. ibid.3
Sudor ſanguinis. ibid.4
Petrus negauit ter Chriſtum, non quater, aut ſexies, vel etiam ſepties. 160.6
Chriſtus reſpexit Petrum oculis corporeis. ibid.7
Petri audacia in abſcindenda auricula Malchi, v. *Audacia.*
Præcurſores Domini quot. 276
Pueri in limbo defuncti in originali. 177.2
Purificatio B.V. 103

R.

Relationes inter Chriſtum & B.V. 77
Vtrùm in B.V. ſit relatio realis matris ad filium. ibid.1
Relatio hæc in B.V. eiuſdem eſt rationis cum relationibus aliarum matrum. 78.2
Vtrùm in Chriſto ſit relatio realis, & creata filij ad matrem. 79.1,2

Obiectio. 81
Reſponſio. ibid.
Relatio filiationis in Chriſto, & maternitatis in Virgine æquè completa eſt, ſicut inter alios homines. 84.4
Vtrum perſeuerent nunc in Chriſto & B.V. mutuæ relationes matris & filij. 85.5
Reſurrectio vt ſic, & in genere. 180
Reſurrectio quid. ibid 1.
Ad veram hominis reſurrectionem quid neceſſe. 181.2.& ſeqq.
Obiectio. 182
Reſponſio. ibid.
Alia obiectio. 183
Reſponſio. ibid.
Mutatio in reſurrectione. 191 10,11
Reſurrectio vtrùm naturæ debeatur. 197.13
Reſurrectio Domini. 199
Reſurrectio mortuorum. 234
Omnes iuſtos reſurrecturos, & eos qui prope diem iudicij inuenientur viui. ibid.1
Omnes item damnatos, & omnes decedentes in originali. 235.2
Cauſa efficiens moralis reſurrectionis vniuerſalis quæ. 236.2
Cauſa efficiens phyſica quæ. 237.3

Prius mortui reſurgent, quàm Chriſtus iudex deſcendat è cœlo. 238.4
Angelorum miniſterio fiet congregatio cinerum. ibid. 5
Formatio corporũ, diſpoſitio & organizatio non fiet miniſterio Angelorũ, ſed ſola virtute Chriſti. 239, 6
Fiet & ad exemplar Chriſti reſurgentis. 240.7
Etiam infantium decedentium in peccato originali. 241.8
Non verò damnatorum. 243
Damnatorum corpora quomodo incorrupta & perpetua erunt, & tamen alterabilia. 244.9
An corpora ſint in cinerem reſoluenda, priuſquam reſurgant. 245.10
De loco, quo cadauera viuificentur, & reſurgant. 246.11
Omnes eodem die reſurrecturos: an autem eodem momento, dubium. ibid. 12
Noctu, ſeu potiùs ſummo diluculo. 248.13
Menſe Aprili, die Paſchatis. ibid.

S.

Sanctificatio Ieremiæ. 18.2. & 28
Sanctificatio Io. Baptiſtæ. 28
Primæ ſanctificationis B. V. perfectio. 34

Sanguis à Chriſto effuſus manſit vnitus Verbo diuino. 203.1
Inſtantia. 204.2
Reſponſio. ibid.
Si qua gutta ſanguinis manet in terris, quid. 205.3
Scientia & ſapientia B. V. 117. 1,2,3 & ſeqq.
Secundinæ B. V. 88.3
Sententia vniuerſalis in iudicio. 292. 15
Signa quæ præcedent iudicium. 277
Spado, pro virgine. 50.1
Status Chriſti, & totius vniuerſi poſt peractum iudicium. 293. 1,2 & ſeqq.
Stella viſa à Magis quæ. 98.9
Subtilitatis dos. 228
Sudor Chriſti ſanguinis. 158.4

T.

Tentatio Chriſti. 149
Vtrùm ante 40. dies eſurierit. ibid.1
Poſt ieiunium, & in ieiunio tentatus fuit. 150.2
Teſtamentum Domini. 164.14
Throni iudicantium qui. 289.11
Tres pueri apud Danielem, virgines. 51

V.

Vallis Ioſaphat quid. 268.1
B.V. laus. 15.3

Animam habuit naturaliter perfe-
ctiſſimam. 16.4
B.V. vnde orta. ibid 5,6
Eius ſanctificatio in vtero matris.
17.1
A Chriſto redempta. 19.3
Hac redemptione vtrùm eguerit.
ibid. & ſeq.
An peccato originali obnoxia. 21.5
Vtrùm ſanctificata prius tempore
ante animationem. 24.7,8,9,10,
11
Non habuit conſummatam gratiam
in prima ſanctificatione. 34.1
Habuit intenſiorem gratiam omni-
bus hominibus, ſiue Angelis. 35
Oppoſitio. ibid.
Refellitur. ibid.
B.V. cum gratia accepiſſe ſimul omnes
virtutes per ſe infuſas, & omnia dona
Spiritus ſancti. ibid.2
Etiam virtutes morales. ibid.
Nunquam peccare mortaliter po-
tuit. 36.3
Imò nec venialiter. ibid.
Impeccabilitas vbi conſtiterit. 37.4
Fomes extinctus in Virgine. 38.5
Originalis iuſtitiæ donum habuit.
40.6
B.V. quomodo ſanctificata. 41.7,8

In prima ſua ſanctificatione gloriam de condigno meruit. 45
Suo merito patri loquelam reſtituit. 46
Moralis dignitatis in B. V. perſeuerantia. 86.6
B.V.verè prophetiſſa fuit. 122.1
Habuit gratiam interpretationis ſermonum. ibid.2
Item gratiam miraculorum & ſanitatum. 123.3
Habet aureolam martyrij. 126.6
B.V.Sanctis potentior. 132.3
B.V. adoratio,v. *Adoratio.*
B.V. aſſumptio,v. *Aſſumptio.*
B.V.corpus,v. *Corpus.*
B.V. immaculata conceptio , v. *Conceptio.*
B.V.interceſſio , v. *Interceſſio.*
B.V maternitas,v. *Maternitas.*
B.V.matrimonium,v. *Matrimonium.*
B V.meritum,v. *Meritum.*
B.V.mors,v. *Mors.*
B.V.origo naturalis , v. *Origo.*
B.V.purificatio,v. *Purificatio.*
B.V.ſanctificatio, v. *Sanctificatio.*
B.V.ſcientia & ſapientia, v. *Scientia.*
B.Mariæ virginitas,v. *Virginitas.*
B.V.viſio,v. *Viſio.*
Virgines quamplurimi viri inſignes in

lege

lege veteri. 51
Virgines veſtales per certum tempus nuptui traditæ. 53
Virginitas B.V. 46
Fuit Virgo ante partum. ibid.1
In partu. ibid.2
Obiectionibus quibuſdam occurritur. ibid.
Poſt partum. 49.3
Virginitas B.V. quantum ad virtutem animi. 50
Virginitatem ſeruare ſibi ab vſu rationis propoſuit. ibid.1
Voto firmauit. 51.2
Prima tempore fuit in vouenda virginitatem. 52.3
Fuit prima, dignitate. 53.3
Vouit ſimpliciter. ibid.4
Viſio B.V. 126.5
Vita Domini vſque ad annum 30. 105
Abeunt parentes eius in Ægyptum. ibid.1
& cur. 106.3
Chriſto ingrediente decidunt idola. 109.5
Redit ex Ægypto. 110.6
Vſque ad 30.ann. Nazarethum incolit. ibid.7
Pauperem vitam ducit, ex pauperrima matre natus. ibid.
Fabri

Fabrilem artem cum Ioſepho puer exercet. 111.8
Ætate & ſapientia proficitur. 112.9
Signum facit in Cana Galilææ. ibid. 10
Vitæ Chriſti ratio. 146
Vnio in morte Chriſti diſſoluta quæ. 168.4
Vnio hypoſtatica habueritne cauſam meritoriam remiſſiuè. 200.2
Vox audita in Chriſti baptiſmate. 145.4

FINIS.

A01 1469831

erum.

m Iosepho par
1118
proficitur. 119
na Galilaæ.

10
i diſſoluta qua

uerítne cauſa
è. 201
i baptiſmata.

I S.

)83/